Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

KW 224
D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47



TRAJECTI ad RHENUM,
Ex officina Giſberti Zylii.
A°. M D C LXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

ILLUSTRI
ET
GENEROSISSIMO Dn.
DN. RABANO DE
CANSTEIN,
SERENISSIMI ELECTORIS
BRANDEBURGICI
CONSILIARIO INTIMO,
SUPREMO AULÆ
MARESCHALLO, &c.
HÆREDITARIO
IN CANSTEIN, LINDENBERG,
SCHÖNENBERG, MOL-
LENICHEN, &c.
VIRO
VERE INCOMPARABILI
ATQUE BONO HUJUS
SECULI NATO NEC
MINUS LITERATIS-
SIMO QUAM LITERA-
RUM, EORUMQUE
QUI LITERAS PRO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

FITENTUR FAUTORI SUMMO INCULTUM HOC OPUSCULUM EX ANTIQUA HISTORIA IN USUM PRÆSENTIS ÆVI COLLECTUM.

L. M. Q.

Offert & Inſcribit

MARTINUS SCHOOCKIUS.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

LECTORI SAL.

R*Ebus cunctis ineſſe quendam orbem*, prudentiſſimus Hiſtoricorum Tacitus rectè notavit lib.3. Annal. cap.55. Nam, ut Stoicus Romanus dicit ep. 24. *Nullius rei finis eſt: ſed in orbem nexa ſunt omnia: fugiunt ac ſequuntur, diem nox premit, dies noctem: æſtas in autumnũ deſinit, autumno hyems inſtat, quæ vere compeſcitur. omnia tranſeunt, ut revertantur. Velut in orbe aut pila, motu ordo mutatur, & quæ ſequebantur, præcedunt, &, quæ accidebant, oriuntur; omnia, quomodocunque ierint, in idem revertuntur.* Obſervare licet in ipſa re communi, in qua eadem perpetuo fabula (aliæ licet perſona in Theatrum introducantur) exhibetur, anti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

quo-nova, & novo-antiqua. Adeoque rectori populi, non modo decorum & laudabile, verum utile quoque imo neceſſarium eſt, cognoſcere res geſt s memoriæ veteris, ordinem tenere antiquitatis, exemplorumq; omnium habere notitiã. Hinc magnus ille Cæſar, & vere Auguſtus, *in evolvendis utriuſque linguæ Auctoribus* (ut Tranquilli verbis utar lib. 2. cap. 89.) *nihil æque ſectabatur, quam præcepta & exempla publice vel privatim ſalubria: eaq; ad verbum excerpta, aut, ad domeſticos, aut ad exercituum, provinciarumq; rectores, aut ad urbis Magiſtratus plerumq; mittebat: prout quique monitione indigerent.* Nunquam ita quiſquam (ut Terentianus ille ſenex conqueritur) bene ſubducta ratione ad vitam fuit,

quin

quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi: aliquid moneat, ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias: & quæ putaris prima & potiora prudentię prę cepta, repudies, ſi experire debeas. Cum enim vita fluxa atque fragilis ſit, fieri non poteſt, ut aliquis tantillo tempore prudens evadat, atque varios & mutabiles rerum caſus obſervet. Ut plurimum prothaſin duntaxat fabulæ ſpectare conceditur, non cataſtrophen. etenim cum prolixior aliquãdo ſit tragœdia, non patitur nos tam diu perſederẽ in hoc Theatro violenta Diva, quæ omnes violat. Sæpe per ætatem ſapere incipimus, ſed jam ventum eſt ad extremum fabulæ actũ, nec quid ſibi velit, quod non liceat audire periochã, perſpicere poſſumus. Hoc datũ eſt

 ſoli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

ſoli hiſtoriarũ lectori, ſed *ſapiēti & circumſpecto*: qui non modo protheſin aut epithaſin, ſed etiã cataſtrophen ſpectat: nec unius ſeculi (quo uſus concluditur) ſed omnis ævi res geſtas agnoſcit; & quicquid in orbe terraram, ex quo ille conditus eſt, actum fuerit, memoria retinet. Hanc prærogativam *circumſpecto* Lectori vindicio, neque enim omnibus, qui legunt hiſtoriam, competit. Quinimo ut intemperantibus alimentum nihil proficit: ita ad pleroſque ex lectione hiſtoriarum utilitas prorſus nulla redit, multi amant quidem hiſtorias, easque diligenter legunt, ſed tantam legunt, &, ut pueri talis aut teſſeris ludunt, ipſi, quô otium fallant, pręter ludicra & faceta nihil in Hiſtoria ſectantur. Plurimis ad pompam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

pam, non vero ad uſum hiſtoria ſervit, qui ſimiles Athenienſibus, quibus Anachatſis jam olim objecit, quod nummis non uterentur niſi adnumerandum. *Circumſpectus* vero Lector juxta regulam, quam Livius in veſtibulo lib. 1. Hiſtor. proponit, Hiſtorias legit. Verba, quod cedro digna ſint, hic exhibeo: Ad illa (*inquit*) mihi pro ſe quiſque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerunt: per quos viros, quibusque artibus domi militiæque & partum & auctum Imperium ſit. labente deinde paulatim diſciplina velut diſſidentes primo mores ſequatur animo. deinde ut magis magisque lapſi ſint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

perventum eſt. hoc illud eſt præcipue in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis tẽ exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri. inde tibi tuæq; Reipublicę quod imitere capias. inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites. *Hactenus Livius.* Tanto viro monente, tam ipſius quam aliorum, qua Gręcorum qua Latinorum Hiſtoricorum, monumenta excuſſi, atq; Achæorum & Vejentium reſpublicas, quô aliis in exemplum ſervire queant, ſuis coloribus delineavi. Operam hanc ſi publicè gratam eſſe didicerim, animus mihi addetur, ad alias antiquas reſp. ſpeciatim Rhodiorum & Maſſilienſium repræſentandas. Interea, mi Lector, vale & fave.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

INDEX CAPITUM.

Caput I.

Breviter Achaiæ ſitus, Urbes ad eam pertinentes, ac priſcum regimen delineantur. Reges optimi, poſt ſe ſucceſſores ut plurimum Tyrannos relinquunt. quorum fatum breve & triſte. Achæi, Tyrannis ſuis ejectis, in ſocietatem Ariſtocraticam nomen dederunt. Fol. 3.

Caput II.

Reip. Achaicæ facies, ſalubribus obſervationibus interjectis, delineatur. Optime de Rep. illa meritus fuit Aratus, cujus vitæ curriculum paucis percurritur. Arato ſucceſſit Philopœmen: cujus mores deſcribuntur è Polybio. Triſtis quoque vitæ exitus notatur. Philopœmeni ſucceſſit Lycoitas. 12.

Caput III.

De Achæorum ſtatis Comitiis, & de quibus in illis deliberaretur. 20.

Caput IV.

Proponuntur quinque Leges, ab Achæorum Rep. diligenter obſervatæ, quandiu floruit. Singulis ſtrictæ quædam obſervationes adduntur. 25.

Caput

CAPUT V.
Romani, devictis Carthaginenſibus, bellum Macedonicum ſubdolo prætextu juvandorum ſociorum auſpicati ſunt. 42.

CAPUT VI.
Quis, & qualis fuerit Philippus Macedoniæ Rex, quem Romani, pace illi oblata, durante bello Punicco, in Triumphi materiam ſepoſuerunt. 47.

CAPUT VII.
Philippo Macedoniæ Rege infeliciter adverſus Romanos rem gerente, Achæi, cum à diverſis ſollicitarentur, per Ariſtænum à Philippo Rege alienati fuerunt, Romaniſque magno ſuo malo, ſociati fuerunt. 51.

CAPUT VIII.
Achæi jam fermè ſubacti, à Quintio Romanorum Conſule, una cum Philippo Macedoniæ Rege, juxta artes Romanas, liberi pronunciati fuerunt, in frequenti Græcorum Panegyri. 66.

CAPUT IX.
Achæi hac libertatis ſpecie à Romanis illecti, magno ſuo malo, iis adjutores fuere in opprimendo Nabide, Antiocho Syriæ Rege, Ætolis, & Hallocrecis 75.

CAPUT X.
Diſtincte, variis experimentis prolatis, ex Hiſtoria aſcenditur, quis fructus fuerit pudendi ſervitii Achæorum, qui ſe ultro Romanis vendiderant. 91.

CAPUT XI.
Lacedæmon, quam ſingulari abſtinentia probata,

bata, *Achaicæ ſocietati adjunxit Philopœmen, per improvida ejuſdem conſilia ad Romanos deferit; via ſtrata ad Achæorum excidium.* 98.

CAPUT XII.

Achæi dum defectionem Lacedæmoniorum ulciſci parant, dubio Romani Conſulis reſponſo deluſi, Lacedæmonem quidem occuparunt: ſed, poſtea cum illis colliſi, ſi mutuo in gratiam Romanorum perdiderunt. 109.

CAPUT XIII.

Achæi non modo cum Lacedæmoniis commiſſi, ſed domi quoque; ſeditionibus diſtracti, dum Romanos admittunt arbitros, miſſis Romam quoque ad Senatum legatis, libertatis naufragium fecerunt. 116.

CAPUT XIV.

Romani Acheos relinquentes intercutaneis diſſidiis, & omnibus poteſtatem facientes diſcedendi à ſocietate illorum, viam ſibi inmuniverunt ad totius Græciæ imperium. 124.

CAPUT XV.

Achæi amplius proditi fuerunt, per ſuum Callicratem hominem peſſimum, qui conſilia ſuæ gentis ſolitus erat Romanis prodere. 126.

CAPUT XVI.

Bellum Macedonicum, quod Romani cum Perſeo geſſerunt, conducere admodum Achæis potuiſſet, modo ipſi oblata occaſione uti ſciviſſent: ſed à Romanis pellecti in ſocietatem belli, atque iterum proditi à Callicrate, paſſi fuerunt eam elabi. 132.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

CAPUT XVII.

Cõfecto per Romanos bello cum Perſeo, Achæ
fidam licet Romanis operam dediſſent,
Callicrate domeſtico proditore accuſati fue
runt, quòd Perſea juviſſent. Accuſati Ro
mæ cauſſam dicere debuerunt. 140

CAPUT XVIII.

Aſtu Callicratis Romanis ſtudentis, Achæ
violant fœdus quod cum Ægypti regibus &
Rhodijs hactenus coluerant, quibus nequ
auxilia, ut oportebat, miſerunt. 144

CAPUT XIX.

Amplius, dolo Romanorum Ætoli à fœder
Achæorum ſeducti ſunt, ipſique Achæi im-
pliciti bello, quod Athenienſibus cum Oro-
piis intercedebat. De Certamine Callicrati
& Menalcidæ. 148

CAPUT XX.

Diæus ut eximi poſſet judicio; Achæos cum
Lacedæmonijs commiſit: inde Romam le-
gati miſſi fuerunt ab utrisque. Oreſtes no-
mine Romanorum cum dixiſſet, Lacedæ-
monios ab Achæis ſejungendos eſſe, Achæi,
omnes, qui ex Lacedæmonijs aderant, in
carcerem conjecerunt, atque ex conſilio Cri-
tolai non modo Lacedæmonijs, ſed & Ro-
manis bellum indixerunt. 154

CAPUT XXI.

Achæi Corinthi congregati indignis modis le-
gatos à Romanis miſſos excipiunt, atque,
incentore Critolao, his bellum moliuntur.
160

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

CAPUT XXII.

Romani oblatum belli cauſſam avide amplexi fuerunt, putantes bellum juſtum piumque eſſe, quod ſui legati adeo male habiti eſſent ab Achæis. Eoque Corinthum per Mummium obſederunt: Critolao, ut belli inexperto, multiplicem ſolæciſmum committente, atque in voragine ſubmerſo. 167.

CAPUT XXIII.

Capta per Mummium Corintho, non modo ſocietas Achæorum diſſoluta, ſed eorum quoque nomen everſum fuit. 175.

CAPUT XXIV.

Concluditur, atque ſerio in omnibus imperijs ſtudium Concordiæ urgetur. Speciatim in fœderato Belgio haud abſimili Achæorum ſocietati. Arceantur Imperiorum ſpeculatores, domi caſtigentur δωροφάγοι, *nec, qui ſapiunt, ſocios opprimi patiantur, ne, illis everſis, ipſi victoris præda fiant.* 180.

CAPUT I.

De Vejorum antiquitate, ſitu, atque potentia. 187.

CAPUT II.

Ut Vejentes cum Romulo quoque contendere cœperunt, ita infeliciter rem gesſerunt. Quatuor vero ſolæciſmos quâ politicos, quâ militares commiſerunt. 191.

CAPUT III.

Vice verſa Romulus admodum prudenter rem geſſit adverſus Vejentes: illius quoq; facta, ſingularem prudentiam arguentia. 198.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

CAPUT IV.

Fractis, ſi non devictis Veientibus, à Roman conceſſæ fuerunt induciæ in centum anno ademta tamen agrorum parte, atq; exacti obſidibus. Hæ vero inſidioſæ induciæ illo perdiderunt. 206

CAPUT V.

Quæ, pro libertate quaſi afferenda, tempor harum induciarum tentarunt Veientes, ii improſpere ſucceſſere, quòd nihil contra Romanos tentare poſſent, niſi ſimul perjuri caput ſuum aſtringerent. 213

CAPUT VI.

Finitis prioribus induciis, in quadraginta a lios annos illas Veientes parti fuerunt. 216

CAPUT VII.

Sed & illas inducias violarunt: atque quam vis occaſionem attendentes, Romanos in anguſtias redegerent, ab iis tamen per Dictatores Mamercum Æmilium, ut oportuit caſtigati ſunt: iterumque viginti annorum induciæ conceſſæ ſunt, ut ſcirent, quand ſibi pereundum eſſet. 219

CAPUT VIII.

Quale fuerit Veiorum excidium, quod ita fatali lege ſubierunt, ut ad illud per propriam imprudentiam ruerint. 223

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

MARTINI SCHOOCKII
FATUM
REIPUBLICÆ ACHÆORUM, ET VEJENTIUM
In exemplum propoſitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

MARTINI SCHOOCKII FATUM REIPUBLICÆ ACHÆORUM, & Vejentium in exemplum propoſitum.

CAPUT I.

Breviter Achaiæ ſitus, Urbes ad eam pertinentes, ac priſcum regimen delineantur. Reges optimi, poſt ſe ſucceſſores ut plurimum Tyrannos relinquunt. quorum fatum breve & triſte. Achæi, Tyrannis ſuis ejectis, in ſocietatem Ariſtocraticam nomen dederunt.

QUo hiſtoricè exhibere poſſimus Achęorum ſtatum, ſurgentem primo ad excelſa quæque, dein, ex ſingulari Dei directione, ad priorem ſqualorum & tenebras relabentem; præmittere convenit brevem delineationem Geographicam, quæ iis, quæ poſtmodum enarranda erunt, prælucere poſſit. Eſt autem Achaia (de qua hic ſermo) PenInſula [*Peloponneſus* olim dicta fuit, hodie *Morea*] anguſtis Iſthmi Corinthiaci faucibus continenti annexa, de qua ita Pauſanias *in veſtibulo Achaicorum per interpretem:* Quæ terra inter Eleos & Sicyonios media, ad mare Orientem verſus excurrit, Achaia hoc tempore dicitur, ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Achais eam incolentibus: priſco nomine Ægialus appellabatur, & incolæ Ægialenſes nominati, ab Ægileo Sicyoniæ rege, ut ipſi dicunt Sicyonii. Alii à regionis ſitu quæ ægiali (αἰγιαλȣ̃) fere tota (hoc eſt *Littoris*) formam habet. *Hactenus Pauſanias.* Atque dein refert, quomodo ab Ionibus ex Attica profectis, occupata fuerit, ab iisque tum Ioniæ nomen tulerit, cum in XII. partes diviſa ſit; ac quomodo Achæi rurſum, nomen ferentes ab Achæo Theſſalicæ originis principe, cognatos ſuos ſolum vertere coëgerint, totidemque in eadem urbes ſtatuerint, quot Iones antea habuerant. Nomina verò urbium fuerunt: *Patræ, Dunna, Pharæ, Tritæa, Leontium, Ægira, Pellenæ, Ægium, Bura, Ceraunia, Olenus, Helice.* Summa autem rei initio fuit penes Reges, ex quibus primus commemoratur Tiſamenus Oreſtis filius, circa an. ab O.C. 2899. quamvis Pauſanias reges eorum altius deducat à Xutho Erechthei Athenienſium regis genero, & Xuthi filios facit Achæum atque Ionem; addatq; illius poſteros ſubſtitiſſe in Peloponneſo, hinc vero in Atticam pulſos, tandem in Aſia Ionicas civitates condidiſſe. Hoc certum: Achæos multo tempore poſt Tiſamenum (in quibuſdam Græcis Codd. *Tiſimenus* dicitur) regibus gaviſos fuiſſe, & quidem *continua ſucceſſione ad Ogygum uſque,* ut loquitur Polyb. l. 4. c. 1. cujus filii cum

non

non ex legum avitarum pręſcripto, ſed tyrannica violentia imperarent, regno abolito, ſupremum rerum moderamen penes populum eſſe cœpit: Achęiq; ab hoc tempore, tanta cum laude remp. adminiſtrarunt, ut undecunq; ad eos legationes, controverſiarum componendarum gratia, confluerent, multiq; eorundem inſtituta ſibi imitanda proponerent. Qualiſcunque hæc ſocietas, coalita verius, quam legibus in perpetuum valituris devicta, ſtetit ad Philippi, Alexandrique Macedonum tempora; poſtquam feliciter admodum defũcta eſſet non minus externo bello, à Perſis univerſę Grę-cię illato, quam inteſtinis Gręcorum moribus, ſingulis ferme Græciæ civitatibus, nimium quam gravibus. Cęterum eorundem Macedonum, vulpinam pellem leoninæ ſociare ſolitorum, artibus, aliquandiu urbes ſociæ diſſociatæ fuerunt; usq; adeo, ut ſingulæ ſibi per diſcordiam relictæ, in partes admodum diverſas diſceſſerint, aliis Macedonum præſidia, aliis graviores tyrannos recipientibus. Verum, non multo poſt, pœnitentia, quædam ex urbibus, jam antea commemoratis, ductæ fuerunt, atque, quo tempore, Pyrrhus in Italiam trajecit, acrius rurſum, prę ſidiis tyrannisq; ejectis, coaluêre, trecentis propemodum ante Salvatorem noſtrum annis, ſeu Olympiade CXXIV. anno CCCC LXXII. V. C. quod cum non inconvenienter referatur à graviſſimo Hiſtorico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Polybio, non abs re fuerit ejuſdem verba exhibere. Ita *verò ille per interpretem lib. 2. Hiſt: cap.* 41. Tiſamenus (*inquit*) Oreſtis filius, poſt reditum Heraclidarum Sparta ejectus, Achaiæ loca obtinuit, primusque rex ejus populi fuit: (*niſi forte præponderare debeat Pauſaniæ ſententia, modo commemorata*] duravit inſtitutum ab eo regnum, continua ſtirpis ejuſdem ſerie propagatum ad Gygem usque. [*idem eſt cum Ogygo, ab eodem hoc Polybio commemorato*] cujus poſtea filios averſati, quoniam non pro legitimo rege, ſed pro hero inter illos ſe gerebat, priorem Reipublicæ formam, in popularem ſtatum converterunt. neque deſierunt inſecutis deinceps temporibus, ad dominatum usque Alexandri & Philippi, licet alias aliter, pro temporum neceſſitatibus, res illorum ſe haberent: at formam tamen Reipublicæ in populari ſtatu pro viribus retinuere. Ea Democratia è XII. urbibus conſtabat; quæ nunc quoque ſuperſunt, præter Olenum & Helicen, quam paulo ante cladem Leutricam mare hauſit, ſunt autem hæ: Patræ, Dunna, Phatæ, Tritæa, Leontium, Ægira, Pellene, Ægium, Bura, Ceraunia, Olenus, Helice. Medio tempore inter Alexandri M. mortem & Olympiadem CXXIV. tanta inter eos inceſſit diſcordia atque veſania, idque regum Macedoniæ opera potiſſimum, ut diſſipata urbium concordia, contrariis conſiliis ſibi

una-

unaquæque privatim conſuleret. ex quo factum, ut aliis ipſorum urbibus Demetrius & Caſſander, ac poſtea Gonatas Antigonus præſidia impoſuerint. aliæ etiam à tyrannis occuparentur, quorum numerus per Antigonam mirum in modum auctus fuit. at circa Olympiadem CXXIV. quo tempore in Italiam Pyrrhus trajecit, ad concordiam redire ceperunt. *Huc usque maximus ille Polybius.* ex iis, quæ hactenus adducta ſunt, nos breviter ſequentia obſervamus. I. Degenerant ſæpe à majoribus ſuis illi potiſſimum, qui in excelſo conſiſtunt faſtigio, regumque optimorum ſucceſſores paulatim in tyrannos transformantur. Ultimus Romanorum regum fuit Tarquinius Superbus, ille ipſe, quem Numa religioſus, militiæ artifex Tullius, ædificator Ancus, & prudens Priſcus præceſſerant. Similiter Macedonica potentia terminata fuit in Antiochis. II. Veriſſimum illud *Æliani lib. 6. var. hiſt. cap.* 13. *Pulcherrime à diis immortalibus comparatum eſt, ut nullam tyrannidem ad tertiam generationem propagent: ſed, aut confeſtim tyrannos, tanquam proceras piceas perdant & exſtirpent, aut liberos eorum viribus denudent, ac ſpolient.* III. Oraculo ſimile quoque quod habet *Halicarnaſſæus lib.* 7. *Unius viri dominatus, inquit, ſi fuerit crudelis & inſolens, & tyrannica ſtudia ſectari cœperit, à paucis, iiſque bonis viris evertitur:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

at paucorum dominatus, qui ex optimis quibusque viris conſtat, quum divitiis & ſodalitiis elatus, juſtitiam cæterasque virtutes contemnit, à prudenti populo tollitur: populus verò quum à modeſtia recedere & ad injuriam tranſire incipit, ab optimo viro ad ſuum officium vi retrahitur. Modeſti ergo Reges ſint, & ſic regni habenas moderentur, ut ſe quoque Regi ſuperiori, Deo ſcil. Opt. Max. ſubjectos eſſe cogitent. Veriſſime Salluſtius Orat. I. de Ordin. Republ. *Cuncta imperia magis acerba, quàm crudelia eſſe.* Quod ipſum calculo ſuo comprobat Seneca lib. I. de Clementia, cap. II. *Cum Reges conſenuerint, liberisque ac nepotibus tradiderint regna; Tyrannorum execrabilis ac brevis poteſtas eſt. Hactenus ille.* IV. Recte Florus lib. I. cap. 8. *Agitatus injuriis populus, cupiditate libertatis incenditur.* Nam ut haut preter rationem Icc. dicunt in l. 106. ff. de R. I. *Libertas inæſtimabilis res eſt.* Ideo cum Græci liberi pronunciarentur, *Majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines caperent, ut facile appareret, nihil omnino bonorum multitudini gratius quam libertatem eſſe*, ut inf. ex Liv. patebit. V. Vere *Vegetius lib. 3. de re milit. cap. 10. Nulla, quantumvis minima natio, poteſt ab adverſariis perdeleri, niſi propriis ſimultatibus ſeipſam conſumpſerit. Nam civile odium ad inimicorum perniciem præceps eſt, ad utilitatem ſuæ defenſionis incautum.* Inde, teſte

Floro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Floro lib. 4. cap. 9. *Parthi clade Craſſi alius animos erexerunt: civilesque populi Romani diſcordias læti acceperunt.* Neque enim hoſtibus quid æque acceptum eſſe poteſt, atque illos diſſidere domi, quos bello ſe ſuperaturos eſſe deſperant. Inde Romani optarunt diſcordias Romanorum. *Diſcordia hoſtium, præceptum bellum in Cattos*, Tacit. lib. 1. Annal. cap. 55. *hoſtique diſcordiam molitur Veſpaſianus, annonæ clauſis ſubſidiis*, Tacit. lib. 3. Hiſt. cap. 48. Nec fruſtra eſt Otho, ita differens apud eundem Scriptorem lib. 2. Hiſt. cap. 84. ad turbidos milites: *Si Vitellio & ſatellibus ejus eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur? Quid aliud, quàm ſeditionem & diſcordias optabunt?* VI. Quæ ſors maneat eos, qui à fœdere reſiliunt, tum videmus hic in Achæis; tum luculenter etiam docet prudentiſſimus Hiſtoricus Philippus Cominæus lib. 2. Comment. *Quoties illi*, inquit, *qui fœdere conjuncti ſunt, ſeceſſionem faciunt, & ſe diſſipari patiuntur, dubitari amplius non debet, quin paulatim omnes cladem aliquam accipiant, idque pertinet tam ad principes quam ad civitates.* VII. Macedoniȩ reges quo Achæis ſervitii jugum imponere poſſent, omnem lapidem moverunt, ut vinculum fœderis, quo conſtricti erant, diſſolveretur: hoc plurimorum omni ævo fuit ſtudium. Artifex vero hac in re ſingularis fuit Ludovic. XI.

de quo ſic proxime Cominæus : *Omnium*
mortalium optime callebat Ludovicus Re:
artes dirimendi ſocietates atque fœdera , i
eoque non parcebat ulli vel ſumptui vel labor
modo perficeret, quod vellet : neque vero prin
cipes tantum, verum etiam familiares ipſorum
ſollicitabat. Sed de hoc pluribus infra. A
chæi ergo ſub regibus Tyrannis diu exer
citi , tandem pertæſi jugum , de illo excu
tiendo cogitarunt. Quod non quidem com
municato conſilio, ſed fato egiſſe videntur
ut in unam quaſi Remp. coaleſcere poſ
ſent. Nam, ut *loquitur Polybius lib*.2. *cap*.4
Primi omnium concordiam inière Dy-
mæi, Parrenſes, Pharæenſes: quamobren
ne columna quidem ulla extat teſtis con-
ſenſus harum urbium in eandem Reip
formam , in quam ſunt adſcripti , quintc
ferme anno poſt Ægienſes, qui præſidium
oppido ejecerant, ſecuti dein Burii, occiſo
tyranno : ſimul & Carynenſes , priſtino
ſtatu recepto. Iſeas namque , tempeſtate
illa Carineæ tyrannus quum præſidium
Ægio cerneret ejectum, occiſum vero Bu-
ræ tyrannum Marci & Achæorum opera:
ſe quoque ſentiret jam jam undique bello
petendum : poſito dominatu , fideque ab
Achæis accepta , fraudi eam rem ſibi non
fore; ad conventum Achęorum urbem ad-
jecit. *Hucusq; Polybius*. Ex quibus ſequen-
tia notamus. 1. Tyrannorum occaſum ,
horribilem non minus quam improviſum
eſſe,

ſſe, obſervemus. Convenienter Cothur-
atus Seneca de iis in Hercule Octavio:

Quota pars moritur tempore fati!
Quos felices Cynthia vidit;
Vidit miſeros abitura dies.
Rarum eſt, felix, idemque ſenex.

xemplorum affatim collegit JohannesSa-
esburienſis, ſcriptor ſupra ſeculum ſuum
ultus lib. 8. Policrat. cap. 18. & duobus
equentibus. 2. Ut ut validiſſimo præſidio
rmati videantur eſſe tyranni, facili nego-
o tamen everti poſſunt. Non ſine ratione
ominantibus Maximinis hi olim verſus
actati fuerunt:

Et qui ab uno nõ poteſt occidi, à multis occiditur:
Elephas grandis eſt, & occiditur:
Leo fortis eſt, & occiditur:
Tigris fortis eſt, & occiditur:
Cave multos, ſi ſingulos non times.

3. Convenienter dictum à Paterculo lib.
2. cap. 3. *Non ibi conſiſtunt exempla, unde*
cœperunt: Videmus hic manifeſto: vix una
urbs tyrannum ſive ejecit, ſive obtrunca-
vit, aut vicina de eo, qui ſibi ut tyrannus
incubare videbatur, ſubmovendo, ſerio
conſultat. 4. Quamvis ipſe Stoicus Ro-
manus ſic loquatur lib. 7. de Benef. cap.
20. *Si ex toto ſanitas* (Tyranni) *deſperata*
fuerit, eadem manu beneficium omnibus dabo,
illi reddam: (h. e. tyrannum interimam)
quando ingeniis talibus vitæ exitus remedium
eſt: optimumque eſt obire ei, qui ad ſe nun-

quam

quam rediturus eſt; plurimum tamen inte[...]
eſt inter tyrannum uſurpantem & abut[...]
tem: ut hic, ſi nullis admonitionibus [...]
mendari queat, per Ephoros, populive d[...]
fenſores alios juſte deponitur; ita parit[...]
haut fas eſt, eundem (ſiquidem unctus J[...]
hovæ) interficere. 5. Quod Iſeas tyra[...]
nus emendatus fuerit, referendum int[...]
ea, quæ raro contingunt. Phalaris & ip[...]
Tyrannus, de ſeipſo epiſt. 23. ſic ſcrib[...]
ad Pythagoram: *Tu mihi perſuadebis, ut m[...]
tiorem viam ingrediar, ſi fidem credenti ſal[...]
tarem, præter Pythagoræ ſermones, ipſa quoq[...]
veritas comprobabit.* Quomodo, & teſtis e[...]
Cornelius Nepos in Dione: *Parum abſui[...]
ſe, quin Plato Dionyſio perſuaſerit libertate[...]
reddere Syracuſanis, niſi Philiſtus obſtitiſſet.*

CAPUT II.

*Reip. Achaicæ facies, ſalubribus obſervationi[...]
bus interjectis, delineatur. Optime de Re[...]
illa meritus fuit Aratus, cujus vitæ curricu[...]
lum paucis percurritur. Arato ſucceſſit Phi[...]
lopœmen: cujus mores deſcribuntur è Poly[...]
bio. Triſtis quoque vitæ exitus notatur. Phi[...]
lopœmini ſucceſſit Lycoitas.*

CUm ergo in unam quaſi rem per fedu[...]
coaluiſſent Achęi, neceſſum fuit, ordi[...]
naretur quoq; illud communis rei corpus, [...]
ex diverſis elementis conflatum. Quod qua[...]
ratione factum fuerit, docet *idem Polybius* [...]
libro jam dicto cap. 43. Quinque & vigint[...]

pri

rimos annos dictæ urbes Remp. eandem
oluerunt, Scribam communem & Præ-
ores duos in orbem elegentes, poſtea pla-
uit unum deſignare, cui rerum ſummam
ermitterent, eoque honore primus eſt u-
us Marcus Carynenſis. Quartum annum
n Prætura agebat Marcus, quum Aratus
icyonius, viginti annos natus, ereptam
ugo tyranni patriam, virtute ſua & for-
itudine, Achæorum Reip. attribuit, ad-
o jam inde à principio ætatis, mores at-
ue inſtituta illorum adamaverat. octavo
einde anno poſt, iterum prætor creatus,
nonnullis è præſidio, quod in Acrocorin-
tho Antigonus habebat, pollicitationibus
pellicit ad loci proditionem: quo mox oc-
cupato, ingenti quidem Peloponneſios me-
tu liberavit Aratus; Corinthios vero poſt li-
bertatem priſtinam eis redditam, ad Remp.
Achæorum adjunxit. in eadem Prætura e-
tiam Megarenſium urbem Achæis contri-
buit, aſtu in poteſtatem redactam: factum
hoc anno priuſquam Carthaginienſes illa
afficerentur clade, per quam univerſa exce-
dere Sicilia, & tributum Romanis pende-
re tum primum ſunt coacti. Quum autem
multum brevi tempore in ſuſcepto conſi-
lio Aratus promoviſſet, ita deinceps gen-
tis Achæorum principatum obtinebat, ut
quęcunque inſtitueret aut ageret, ad unum
hunc finem referret: quo nimirum modo
poſſet Macedonas Peloponneſo ejicere, ty-
ranni-

rannides amoliri, communem ac patria[m]
libertatem ſingulis firmare. *Hactenus Po[ly]bius.* Ex quibus in tranſcurſu ſequen[tia]
potiſſimum annotamus. I. Ea demum fi[r]ma eſt ſocietas, in qua ut pericula ſunt [æ]qualia, ita pariter emolumenta atque ho[no]res. Si enim ſecundum Dionyſ. Halica[r]naſſ. lib. 6. *Pudore, modeſtia, ac juſtitia omn[is] civilis ſocietas conſervatur*: næ pariter juſt[i]tiæ ratio exigit hanc æqualitatem. Quæ [ſi] negetur, quanti, & quam dubii motus [&] fluctus non ſunt exſpectandi in republic[a?]
Romani cum aliquando pertinacius ſocii[s] obnixe licet rogantibus & inſtantibus, ju[s] civitatis negaſſent, emerſit bellum ſocial[e] quod tangunt Livius Epiſt. lib. 71. & Flo[rus] lib. 3. cap. 18. fuſius autem deſcrib[it] Appianus lib. 1. B. C. Paterculus lib. 2. cap. 15. expendens authorem horum motuum non inconvenienter ſic judicat: *Quorum u[t] fortuna atrox, ita cauſſa fuit juſtiſſima: pete[bant] enim eam civitatem, cujus imperium ar[mis] tuebantur.* II. Perquam prudenter in[te]rim proviſum fuit, ut quidam authorita[te] atque dignitate præcellentes, fœdus mo[de]rarentur, eaque, quæ ad illud pertinent, pro tempore exequerentur. Sic enim ſatiſfactũ fuit admonitioni prudentiſſimi Thu[cy]dydis, qui ita lib. 1. de B. Pelop. *Eos, qu[i] præſunt fœderatis, oportet quidem in privati[s] rebus æqualitatem ſervare, in publicis vero plus habere authoritatis, ut aliis proſpiciant, eam-*

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

ue ob cauſſam à cæteris honore afficiuntur. II. Prudentiæ quoque ſua ſtetit ratio, uod moderatores hi fœderis, non fuerunt erpetui. Idem placuit Romanis poſt ejectos Tarquinios, ſic enim Flor. lib. 1. cap. 9. *Ex perpetuo* (imperio) *annuum placuit, ex ngulari duplex: ne poteſtas ſolitudine, vel ora corrumperetur.* Verum ſiquidem illud Mamerci eſt apud Livium lib. 4. *Maximam libertatis cuſtodiam eſſe, ſi magna imeria diuturna non eſſent, & temporis modus mponeretur, quibus juris imponi non poſſet.* & llud Porcii Latronis apud Senec. 7. Contr. ap. ult. *Nihil tam utile, quam brevem poteſtaem eſſe, quæ magna ſit.* Ita cum *ordo judicum arthagine dominaretur, eo maxime, quod iiem perpetui judices eſſent*; Annibal *legem romulgavit, ut in ſingulos annos judices legeent, ne quis biennium continuum judex eſſet,* t Livius refert lib. 33. IV. Aratus, cujus ic fit mentio, vir ſummus fuit, tyrannisq; ſque adeo infeſtus, ut iis aut ejectis, aut nterfectis, de nulla alia re ſollicitus fuerit, quam quomodo populo libertas non minus arta tectaq; preſtari, quam conſervari poſſet: diſſimilis admodum iis, qui poſtquam ontra, tyrannos quaſi populum, eundem d pileum vocando, concitarunt; eorum potentiam non ſolum occupant, verum etiam jugum jugo ſuperimponunt. In quos quadrat illud Taciti ex Annali undecimo: *Falſo libertatis vocabulum ab iis obtenditur,*

qui

qui privatim degeneres, in publicum exitio nihil ſpei, niſi per diſcordias habent. V. Qu interſit vero inter tyrannum, & viru principem juſtitiç & clementiç ſtudioſu quum graphice admodum oſtenderit Pl tarchus, in illa comparatione, quam inſt tuit inter Ariſtippum & hunc ipſum Ar tum, operæ pretium fuerit ejuſdem ver adducere. *Ita vero loquitur per interpretem vita Arati:* Enimvero, *inquit*, nulla nequ melior, neque tutior principi poteſt eſ cuſtodia, quam vera & conſtans, ſubdito rum benevolentia. Cum enim adſueveri plerique, eique potentes, non principem ſed principi ſuo metuere, multis ille ocu lis videt, multis auribus audit, præſenti que ea quæ aguntur: Itaque hoc loco pa rumper ab inſtituto ſermone digrediar, A riſtippique vivendi rationem exponam quam, ei, tam multis rivalibus expetit illa tyrannis,& beati famoſique regni ma jeſtas paravit. Quippe is, qui Antigonur ſibi ſocietate junctum haberet, multoſqu cuſtodiendi corporis ſui cauſſa aleret, nul lum inimicorum viventem in urbe reli quiſſet, ſtipatores quidem ſuos & cuſto des,foris in veſtibulo ſtationem habere ju bebat, famulos,ſimulatque cœnaſſet, uni verſos exigens,& interiorem domum con cludens: ipſe cum ſua amaſia in cœnacu lum ſuperius oſtio penſili clauſum ſe reci piebat,ſupra quod lecto collocato ſomnum

capie

apiebat, qualem ab ita perturbato ac me-
iculoſo capi par erat. ſcalam mater ama-
iæ removebat, inque alio conclavi inclu-
ebat : luce facta iterum apponebat & ad-
nirabilem illum tyrannum evocabat, ſer-
entis inſtar ex pecu prorepentem. Ara-
us vero, qui non vi & armis, ſed legiti-
num & perpetuum ſibi paraverat impe-
ium, in toga aut qualibet chlamyde ob-
mbulans, cum quidem omnium tyran-
orum manifeſtum hoſtem ſe profitere-
ur, nobiliſſimum inter Græcos genus in
unc uſque diem propagavit. *Huc uſque
lutarchus*. Sub hoc Arato, qui Achæo-
um ſocietati, ut è Polybio & Plutarcho
onſtat, amplius adjecit Megalopolitanos:
rgivos, Hermionenſes, Phliaſios, & Æ-
nenſes, Achæi mirum quam floruerunt:
am ut Polybius dicit lib. 4. Hiſt. cap. 8.
*at Aratus, vir cætera numeris omnibus ab-
lutus ad res gerendas. nam & eloquendi fa-
ltate, & mente, ingenioque, & taciturnita-
præſtabat. in diſſenſionibus civilibus leviter
rendis, jungendis amicitiis, ſociis alliciendis,
mini ſecundus. in molitionibus occultis, do-
& inſidiis hoſti ſtruendis, iisque laboris
probi tolerantia audacter ad effectum per-
cendis, ſolertiſſimus.* Tandem vero ſum-
us hic vir, per Philippum, regem Mace-
oniæ, veneno ſublatus fuit, ut poſt Polyb.
. 8. cap. 9. refert Plutarchus. In præ-
ra ei ſucceſſit Philopœmen Megalopo-

 litanus,

litanus, qui tum quadraginta annos pru-
denter admodum ſummę rei præfuit, tum
etiam Lacedæmonem Achaiæ addidit, u
videre eſt apud Plutarchum. Ejus more
vivendique rationem deſcribit Polybiu
lib. 11. cap. 8. *ubi ita:* Erat ille in veſtitu &
victu facilis & parvo contentus. eaden
frugalitas & in corporis famulitio jam in
congreſſibus iis erat moribus, ut importu-
nitatem aliorum facile pateretur, ipſe ne
mini eſſet odioſus. Ante omnia id ſumme
ſtudio per omnem vitam curabat, ut ver
loqueretur, ex eo fiebat, ut quoties ali-
quid diceret, licet pauca verba proferret
quæque viderentur aliud agenti excidiſſe
maxime tamen illi apud audientes fide
conſtaret: qui vitam quum ita inſtituiſſe
ſuam, ut pro exemplo eſſet omnibus ex-
poſita, facile utique obtinebat, ut ad fa-
ciendam fidem multis verbis opus non ha-
beret. *Hæc ille*, ipſe vero Philopœmen ac-
cepto vulnere, à Meſſenis captus, urgen-
te Dinocrate, in carcere, quem ſubire fue-
rat coactus, venenum à lictore exhibitum
hauſit, lætusque, vitę & ſuperſtitibus va-
ledixit, poſtquam cognoviſſet plerosqu
ex ſuis militibus, (quos occubuiſſe reba-
tur) fuga ſibi conſuluiſſe, ut fuſius refer
Plutarchus in illius vita. Philopœmener
Lycertas excepit, pater celeberrimi Hiſto-
ricorum Polybii, qui poſtquam ultus eſſe
mortem Philopœmenis, ſublatis ejus in-
ter

[p]erfectoribus, Meſſenam deditione acce-
[p]it, multiſque annis tam conſilio, quam
[m]anu remp. laudatiſſimam non minus
[t]uitus fuit, quam firmavit: atque firmaſſet
[d]iutius, niſi virtuti illius obex oppoſitus
[f]uiſſet, ab ambitione atque nefaria æmu-
[l]orum cupiditate, qui cum primo con-
[c]ordiam turbaſſent, deinceps remp. ipſam
[p]eſſum dederunt: ut deinceps fuſius oſten-
[d]emus. Nos, omiſſis aliis, quæ hic obſer-
[v]ari poſſent, ſolum notemus, remp. aut ſo-
[c]ietatem plurium populorum, fœdere ar-
[c]tiori quoq; unitorum, ſi obnoxia ſit diſ-
[c]ordię, ſalvam eſſe non poſſe, niſi unus a-
[l]iquis ſit conſtitutus, qui velut ſupremus,
[e]x delegatione, diſſidiorum omnium arbi-
[t]er ſit. Is ſolus ſiquidem, quod authori-
[t]ate polleat, ſufficit frenandis turbidorum
[c]onſiliis, & averruncandis incommodis,
[q]uæ diſcordia alias rei communi procura-
[r]e ſolet. Eum in finem olim Romæ *dicta-
[t]uræ ad tempus ſumebantur*, Tacit. l. 1. Ann.
[c]ap. 1. Atque cum plebs aliquando tumul-
[t]uaretur, ſic prudenter apud Livium lib.
[.]. Appius Claudius diſſerebat: *Agedum
[d]ictatorem, à quo provocatio non eſt, creemus,
[i]am hic, quorum omnia ardent, conticeſcet fu-
[r]or, pulſet tum mihi lictorem, qui ſciat jus de
[t]ergo vitaque ſua penes unum illum eſſe*. Hinc
& Tacitus lib. 1. Annal. cap. 9. teſtatur,
*[n]on aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe,
[q]uam ut ab uno regeretur*. & iterum lib. 1.

 Hiſtor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Hiſtor. *pacis interfuiſſe, omnem poteſtatem ad unum transferri.*

CAPUT III.

De Achæorum ſtatis Comitiis, & de quibus in illis deliberaretur.

CArbone quaſi Achæorum Repub. delineata, ſimul indicatis verius, quam ad vivum exhibitis ſupremis illius moderatoribus, de ſtatis illius Comitiis & legibus, proxime agendum eſt. Quod ergo ad comitia, bis quoque anno habebantur circa Plejadum ortum & Autumnum, & quidem ſtato quoque loco, ſive Ægii, nec ſolum ab initio confœderationis, verum etiam ſub Romanis, ſic enim Pauſanias in Achaicis: *Conventus apud Æginenſes Achæorum hac etiam tempeſtate celebratur.* Ægium ab Helice, civitate qnondam florentiſſima ſtadiis XL teſte eodem Pauſania diſtabat; crevitque ex funeſtis illius ruinis. Ita quippe idem hic ſcriptor: *Agrum Helicenſem, quum nemo ex incolis ſuperſtes manſerit, tenent Ægienſes.* Strabo diſtinctius locum Comitiorum in civitate Ægienſium notat, quando lib. 8. Geographiæ dicit: *Ægium incolis ſatis frequentatur. Ibi narrant Jovem fuiſſe à capra nutritum. Eſt ibi etiam Ænarium, Jovis lucus Achæorum deſtinatus comitiis.* Et paulò ante: *Achæorum ſenatus communis unum in locum coibat, qui locus Arnarium dicebatur; ibi publicis de negotiis deliberabant; ſicut &*

Jone-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Jones ante. An non in alterutro loco mendum occurrat, aliquis ſuſpicari poſſet: niſi forte locus, qui dictus fuit ἀιν ἄριον, appellari quoque conſueverit ἀρνάριον. Alias alibi quoque pro occaſione, & arbitratu Prętorum, Achæos conveniſſe, patet ex Polybio, qui meminit quoq; Sicyonis, Argorum, & Megalopolis. Philopœmen vir alias prudentiſſimus, aliquando minus tempeſtive, lege ſancire laboravit, ut Concilium per omnes fœderatas urbes ex ordine iret. Inclinante rep. aliquando Corinthus, urbs ſplendida & opibus potens (ut ex Pauſania conſtat) delecta fuit, in qua Comitia hęc haberentur. Occaſione Helicis 1. notamus verum eſſe, quod monet Seneca Ep. 71. *Omnes*, inquit, *quæ uſquam rerum potiuntur urbes, quæq; alienorum imperiorum magna ſunt decora, ubi fuerint, aliquando quæretur, & vario exitii genere tollentur, alias deſtruent bella, alias diſſidia paxque ad inertiam verſa conſumet, & magnis operibus exitioſa res luxus*. 2. *Ut appareat*, verba ſunt Paterculi l. 2. c. 11.) *quemadmodum urbium, imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc ſeneſcere, nunc interire*; Exemplo poteſt eſſe Ægium, enatum è ruinis Helices. Sic Roma ſurrexit è ruinis Albæ & Carthaginis, novaque Roma, collabente antiqua, caput exerere cœpit. Et, ne extra Belgium abeamus, Sluſa occumbente, mer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

catura conceſſit Brugas, inde Antverpia
qui inferioris Germaniæ ocellus cum l
beſcere inciperet, Plutus & Mercurius p
perarunt Amſtelodamum; cui utinam n
les & magnitudo ſua non obſint! 3. Loc
ubi fœderatorum Comitia habentur,
debet eſſe diſpoſitus, ut non ſolum ab
mnibus poſſit adiri, verum etiam, ut c
periculum, libere ea, quæ publice vid
tur futura utilia, ab omnibus poſſint p
poni: qui ſi abjectus quoque fuerit, c
ſeri tamen commodus debet. Neque
nim inconvenienter Liv. lib. 51. *Om
loca honeſta ducenda ſunt, quibus re
defenſuri ſumus.* 4, Si tempora tuliſſe
ſtatuerem prudenter cenſuiſſe Philop
menem, convenire libertati Achæorum
annua Conſilia irent per urbes fœdera
rum. Siquidem libertati favet præ cæt
æqualitas. Nam hæc, ut Solon apud P
tarchum diſſerit, *certaminis author non
eaque tam locupletibus placet, quam paup
bus: quod æqualitatem hi menſura & num
ſe aſſecuturos confidant, illi dignitate ac v
tute.* Alias quando uni loco Concilium
juſmodi affixum eſt, is non tantum ad
vidiam aliarum urbium floret, his inter
merceſcentibus; verum etiam inquilini
lius præ aliis criſtas tollunt. Penes h
conventus, belli, pacis, legum, fœderu
que arbitrium erat. Ab his quoque co
ventibus legationes decernebantur, nec

ibi quoque quam hic, Regum, aliorumque populorum legati audiri poterant. *Si* præſens foret Prætor, ad modum Præſidis Conſilium regebat, una cum decem aliis, quos *Demiargos* dixerunt, quemadmodum ex *Pauſania* & *Polybio* conſtat. Quæ omnia quam prudenter conſtituta fuerunt: Nam 1. iniquiſſimum eſt, ab uno ſociorum, inconſultis aliis, (quos tamen fœdus commune comprehendit) aut pacem præjudicioſam fieri, aut bellum, privatum quaſi, ſed cui poſtea alii implicari debeant, decerni. Nam ut egregie diſſerit Thucyd. lib. 1. *Decet eos, qui prius ſuas vires cum aliis conjunxerunt, poſtea communes eventus exſpectare.* Nec inconvenienter Paulus Jovius, Hiſtoricus licet recentior, lib. 41. Hiſt. *Fœdera paribus commodis, exæquatiſque ſumptibus & mutuis periculis confirmantur.* 2. Leges ab omnibus fœderatis obſervandæ, non niſi communi fœderatorum calculo ferri poſſunt. Interim conſultum eſt, quam pauciſſimas, & non niſi extrema neceſſitate cogente, novas ferri. Egregie Octavius Auguſtus Princeps, apud Dionem Caſſium lib. 52. *Poſitas ſemel leges conſtanter ſervate, nec ullam earum immutate. Nam quæ in ſuo ſtatu eademque manent, etſi deteriora ſunt, tamen utiliora ſunt reip. his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur.* 3. Prudenter quoq; proviſum fuit de legatis: Sæpe ſiquidem multæ legatio-

nes inſidioſæ ſunt, nec decernuntur n
aut ad explorandum, aut à fœdere abo
cendos illos, qui religioſe illud colere pr
ſumpſerunt. Ex re eſt, occaſione hac, ex
mium locum Cominæi, legatos & legat
nes concernentem exhibere; ita vero *is*
quitur lib. 4. *Comment. de vita Ludovici* X
Sub legationum ſpecie multa ſæpe pern
cioſa tractantur. Quumq; ſane fieri non p
teſt, quin & multos ſubinde mittant pri
cipes & viciſſim accipiant, ſed pruden
ſingulari & dexteritate quadam opus e
in tractandis exterorum legatis. Et princ
cipiò, meo quidem judicio, amicorum l
gati, de quibus nullam habemus ma
ſuſpicandi cauſam, liberaliter ſunt & ho
neſte tractandi, facta ſubinde illis poteſta
conveniendi Principis, ad quem miſſi ſun
modo ſit prudens & honeſta ſpecie. Na
alioqui præſtat, eum vel rarius conſpic
vel non diu inſiſtere colloquutioni. A
quam quum deſcendit, provideri debet, u
ſit eleganter veſtitus, & de iis, quæ pro
nunciari & reſponderi oportet edoctus, &
mox revocetur à congreſſu. Nec enim diu
turna eſt Principum benevolentia. Quum
autem vel publici. vel privati veniunt, a
aliquo Principe parum amico, tametſi pe
riculum eſt in ea re non leve, excipiend
tamen ſunt non incommodè, & deſtinand
aliquot idonei homines, à quibus tracten
tur. Hoc enim ad honeſtatem pertinet, a

ſimul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

ſimul eo confert, ut agant, & quibuſcum
oquantur, & quos habeant ſibi familiares
ognoſcatur: nec id modò, verum etiam
t homines leves atque ſeditioſi non ha-
eant ad ipſos aditum. In omnibus enim
rincipum familiis ſemper aliqui exiſtunt,
ui mutationem aliquam & res novas cu-
unt. Et quoniam periculi plenum eſt,
abere domi ſuæ hoſtem, ſuaſerim, primo
uoque tempore ejuſmodi legatos dimitti:
erum ita tamen, ne quam habeant occa-
onem de inhoſpitalite conquerendi. *Hæc
ominæus.* Sed de his, pluribus dein agen-
um fuerit.

CAPUT IV.

roponuntur quinque Leges, ab Achæorum Rep. diligenter obſervatæ, quandiu floruit. Singulis ſtrictæ quædam obſervationes adduntur.

PRoxime commendari debent leges, qui-
bus Achæorum ſocietas colligata fuit.
tenim juxta Ariſtotelem lib. 1. Rhet. c 4.
γὰρ τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως.
legibus conſiſtit ſalus civitatis. atque ut
Æſchines dicit initio Orat. in Cteſiphon-
m: Ὅταν διατηθῶσιν οἱ νόμοι τῇ
όλει, σώζεται καὶ ἡ δημοκρατία. *Civi-
tis legibus conſervatis, ſalva quoque eſt po-
li dominatio.* Ex Legibus vero Achaicæ
cietatis commendari meretur hęc *Prima*,
ujus talis formula: *Ne cui extera gentis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

legato concilium detur, niſi editis prius m-
datis ſcriptis, per quæ antea appareat, q
cauſſa conſilium poſtuletur. Cui legi ut
fieret, ſenatus non fuit datus Q. Cæ
Metello, prout diſtinctius refertur à P
bio in Excerptis legationum excerpt
cap. 6. *ubi ita per interpretem:* Cęciliu
ſtulat ut concilium gentis Achęorum
ex jam dictis obſerventur. 1. Unus h
mo, imprudens, & malis moribus n
minus præditus, quam artibus inſtructu
modo ſui opinionem concitarit apud pl
bem, quàm facile eandem concitare po
ſit, in hoc Critolao videre licet. Ita & S
luſtius de Catilina: *Boni complures præ*
dium in eo putabant. atque de L. Vitell
Tacitus lib. 3. Hiſt. cap. 38. *L. Vitell*
quamvis infami, inerat induſtria: nec virt
tibus, ut boni, ſed, quomodo peſſimus quiſq
vitiis valebat. 2. Quo poſſet plebem obæ
ratam, & jam pronam ad conſpirandu
(notum illud Cicer. ex lib. 5. ep. Fami
ad Sext. *Itaque nunc me ſcito tantum habe*
æris alieni, ut cupiam conjurare, ſiquis m
recipiat.) in ſuam pertrahere ſententia
atque concitare, novas non tam tabul
(hoc poſtea teſte Sall. fecit. Catilina) pr
miſit Critolaus, quam ad tempus proh
buit, ne cum ſacco ſuos debitores credit
res interpellarent. His ſtimulis dominan

t

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

s plebem ad res novas ut plurimum im-
ellere ſolent. Livius lib. 32. de Nabi
acedæmoniorum prefecto, Corintho per
hiloctetem Philippi Maced. prætorem
adita: *Concione deinde advocata rogationem*
romulgavit, unam de tabulis novis, alteram
agro virium dividendo, duas faces novan-
bus res ad plebem in optimates accedendam.
em lib. 42. de altero quodam: *Confudit*
- miſcuit omnia in Theſſalia Perrabiaque
e novarum tabularum, ut manu debitorum
noxia ſibi, optimates opprimeret. 3. Quan-
o turbidus hic homo, in turbida, atque
uno digna, concione, mentionem facit
ciorum, qui quaſi nomen parati fuerint
are in temerarium hoc bellum, cogite-
us ita uſu venire, ut oblata qualicun-
ue occaſione aſſerendi remp. avide eam
mplectantur omnes illi, quibus ad recu-
erandam libertatem, nihil deeſſe viſum
uit præter occaſionem. Teſtis quoque Ci-
ero Orat. de Haruſp. reſp. ſic loquens: *Ineſt*
nquit) *hoc tempore haud obſcurum odium,*
que id inſitum penitus, & inuſtum animis
minum ampliſſimorum: diſſident principes:
ptatur occaſio: qui non tantum opibus valent,
eſcio quã fortunam ac tempus expectant. Hæc
il. ratio fiduciam Critolao, iisque, qui ab
lo ſtare videbantur, addidit. 4. Quod
ritolaus ratione belli neutiquam neceſ-
rii, & cæco impetu ſuſcepti fecit;

prudens Magiſtratus, etiam quando b
lum per omnia neceſſarium ei aut incu
bit, aut ingruit, ſequatur. Scil. fam
quam amplam tum ſuorum apparatuu
rum auxiliorum concitet. Nam ut v
Alex. apud Curt. lib. 8. *Fama bella c*
ſtant, & ſæpe etiam, quod falſò credit
eſt, veri vicem obtinuit. ſimiliter Cato ap
Liv. lib. 34. *Sæpe vana pro veris, max*
in bello, valuere. Nec abludit, quod D
nyſ. Halicarnaſ. lib. 3. Ant. Rom.
mente quaſi Metii Suffetii differit: *P*
rimum autem in bello valet vel vana de
ciorum perditione, aut de novorum hoſti
adventu, opinio, multosque jam ac mag
exercitus, non tam ullo caſu adverſo, qu
inani metu funditus deletos novimus. 5. I
terim improvidus hic conſiliarius, qu
bellum non neceſſarium concitarit, al
noque tempore geſſerit, patriam ſua
perdidit. Ita Cic. lib. 3. de Nat. Deo
mecum judicat: *Critolaus* (inquit) *ever*
Corinthum: Carthaginem Aſdrubal: hi a
illos oculos oræ maritimæ effoderunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

CAPUT XXII.

Romani oblatam belli cauſſam avide amplexi fuerunt, putantes bellum juſtum piumque eſſe, quod ſui legati adeo male habiti eſſent ab Achæis. Eoque Corinthum per Mummium obſederunt: Critolao, ut belli inexperto, multiplicem ſolæciſmum committente, atque in voragine ſubmerſo.

DEveniendo tandem ad cauſſam proximam excidii Achaici, de ea ita loquitur *lib.* 34. *Juſtinus:* Quærentibus igitur Romanis cauſas belli, tempeſtive fortuna querelas Spartanorum abtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis à ſenatu reſponſum eſt; legatos ſe ad inſpiciendas res ſociorum, & ad injuriam demendam in Græciam miſſuros. Sed legatis occulta mandata data ſunt, ut, corpus Achæorum diſſolverent, ſingulasque urbes proprii juris facerent, quo facilius ad obſequia cogerentur. Igitur Legati omnium civitatum Principibus Corinthum evocatis, decretum Senatus recitant, quid conſilii habeant aperiunt. Expedire omnibus dicunt, ut ſingulæ civitates ſua jura & ſuas leges habeant. Quod ubi omnibus innotuit; velut in furorem verſi, univerſum peregrinum populum trucidant: Legatos quoque ipſos Romanorum violaſſent, niſi audito tumultu trepidi fugiſſent. *Hæc Juſtinus.*

An vero vere violati Romanorum leg
fuerint in incerto eſt. quia Romani occ
ſionem captabant evertendi Achęos, illi
quoque ſpeciem arripuerunt. Cic. Or
pro lege Manil. duntaxat dicit, *propter*
gatos ſuperbius appellatos, Corinthum eve
ſam eſſe. Florus ſuo more circumſpect
lib. 2. cap. 16. contentus eſt dicere de ſ
lo Critolao; *Legatosque Romanos, dubiu*
an & manu, certe oratione violavit. reſp
ciunt vero qua Juſtinus qua Florus ill
quæ ſuperiori capite è Pauſania rela
ſunt. Ut ut ſit, neutiquam legatos, min
me eos, qui à Romanis miſſi erant, ſiv
Critolaus, ſive, qui alii Achæorum teme
rare debuiſſent. Convenienter M. Tulliu
Verr. 1. *Legati nomen ejuſmodi eſſe debet*
quod non modo inter ſociorum jura; ſed etiam
inter hoſtium tela incolume verſetur. Hin
juſta & acerba illa Hannonis querela apu
T. Livium lib. 21. Annal. *Legatos à ſocii*
& pro ſociis venientes bonus Imperator veſter
in caſtra non admiſit, jus gentium ſuſtulit.
quo ſcilicet jure legatos ſacroſanctos & in-
violatos etiam in hoſtibus eſſe plurimis
veterum auctorum teſtimoniis docet JC.
pręcipuus Jacob. Cujacius ad l. 5. D. *de*
pactis. unde & *hoſtium jus* Tacitus appellat.
lib. 1. Annal. *hoſtium quoque jus*, inquit, *&*
ſacra legationis & fas gentium rupiſtis. Nam
ut dicit Cæſar lib. 3. B. G. *Vel ipſum legati*
nomen apud omnes nationes ſanctum inviola-

tumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

mque ſemper fuit. Ut ut ſit, hæc legato-
m quaſi violatio male habuit Romanos,
que ne diu quæſita belli occaſio elabere-
, Mummium deſtinarunt ad bellum
haicum, invidente licet Metello, qui ei
eripere gloriæ materiam laboravit, *ut*
bſequentibus verbis Pauſanias refert: Me-
lus accepto de ſucceſſore nuncio, omni
dio contendebat bello finem impone-
, ne Mummius ejus ipſe glorię com-
s fieret. Per nuncios itaque Achæis e-
cit, ut Lacedæmonios, & alias omnes
itates quæ ſe in Popul. Rom. cliente-
n tradidiſſent, ab Achaico conſeſſu di-
dere æquo animo ferrent: id ſi facere
n recuſaſſent, priſtinæ in Romanos
ntumacię veniam pollicebatur. Eodem
npore in Macedoniam per Theſſaliam
ter Lamiacum ſinum ducit. Critolaus
tum abfuit ut ullam orationem quę ad
ncordiam ſpectaret habuerit; ut Hera-
am recuſantem Achæis parêre, cir-
mſeſſam magnis Achæorum copiis te-
re auſus fuerit. Cum audiſſent è ſpe-
latoribus Metellum cum exercitu Sper-
ion tranſiiſſe, Scarpheam, Locrorum
urbs eſt, confugit: neque, cum poſſet
quæ ſunt inter Heracleam & Ther-
opylas anguſtiis conſiſtere, Metellum
ſus eſt expectare: ſed tanto pavore con-
ernatus eſt, ut ne ex ipſa quidem
ci commoditate in meliorem ſe ſpem

erigere potuerit: cum ex eo tamen l
Lacedæmonii contra Perſas, & cor
Gallos Athenienſes præclara dediſſent v
tutis documenta. Fugientes prius qu
Scarpheam ſe reciperent, Metellus aſſe
tus, maximum eorum numerum cecid
viri haud minus mille capti. Critol
neque vivus uſpiam poſt pugnam, ne
inter cadavera repertus, Quod ſi fort
cœnoſam maris ſub OEta monte palud
ſe demiſit, mirum nihil fuit cœca & p
funda voragine abſorptum evanuiſſe.
alia etiam de ejus morte conjici poſſu
(Liv. Epit. lib. 52. *Critolaus veneno*
mortem conſcivit.) Arcadum cohors lecti
morum hominum circiter mille, qui cu
Critolao ad bellum exierant, Elatéam
Phocidem contenderunt, in eam urbe
cum propter veterem neſcio quam cogn
tionem recepti fuiſſent, paulo poſt Cri
lai & Achęorum clade, eos inde Phoce
ſes excedere juſſerunt. In Peloponneſu
retrocedentes, in Metelli exercitum
Chæronem inciderunt. ibi ad internec
nem cæſi, divinitus ſcelere ſuo dignas d
diſſe pœnas videri poſſunt, eo potiſſimu
loco à Romanis oppreſſi, quo Gręcos cu
Philippo Macedonum rege acie dimica
tes deſeruerant. *Hæc Pauſanias.* Vel h
ſpecimina hujus belli improvide ſuſcep
imprudentius, ſi non ſtolidius geſti, (
fuſior deſcriptio, quę apud Pauſaniam c

curru

arruit, docet) evincunt, recte calculum poſuiſſe M. Tullium Ciceronem, cum lib. 1. de Off. ſic loqueretur: *Expetenda magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo.* & Orat. pro A. Cæcinna: *Conſiderati hominis eſſe qua de re jure decertari oportet, armis non contendere.* Atherbal apud Salluſtium Jugurt. *prius omnia pati decrevit, quam bellum ſumere.* nam ut auctor eſt idem Salluſt. *Omne bellum ſumitur facile, ceterum acerrime deſinit. non in ejuſdem poteſtate initium ejus & finis eſt. incipere cuivis etiam ignavo licet, deponere, cum victores velint.* Enimvero prudentis Imperatoris & Principis eſt, certam pacem, etſi non ſpecioſam, quam incerta belli præoptare. &, quod Thucydides auctor eſt libro quarto, *Pax tuta cuivis bello etiam juſto eſt præferenda:* Itaque merito laudatur magnus ille Auguſtus, qui uſque *adeo turbas, bella, ſimultates, exſecratus eſt, ut niſi juſtis de cauſis nunquam genti cuiquam bellum intulerit. Jactantisque eſſe ingenii & leviſſimi dicebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id eſt, folia infructuoſa, in diſcrimen per incertos eventus certaminum, ſecuritatem civium præcipitare,* Ut in ejus vita refert Sex Aurel. Victor. & Suet. cap. 21. At, quando furibundo populo ſtolidus dux contigit, tam temere bellum incipitur, quam totius reip. clade terminatur. tum armis quid pro libertate experiundum fuiſſet,

cum

cum in armis eſſent Antiochus & Perſe
2. Mirum vero, quam cito Critolai ej
que militum animi minori quoque cl
fracti, ſi non plane projecti fuerint, qui
alias per cladem, generoſi ducis anim
non tam dejici, quam augeri conſueve
De C. Mario Florus lib. 3. cap. 21. *Re*
ab Africa Marius clade major. & apud J
ſtin. 27. cap. 2. Seleucus *lætus malis ſu*
& damnis ditior redditur; & ejuſdem M
thridates ita victus eſt, *ut major clariorq*
in reſtaurando bello reſurgeret, damnisq
ſuis terribilior redderetur. lib. 38. cap.
quibus non ſine ratione accenſueris an
quos illos Saxones, quibuſcum negotiu
fuit Carolo Magno. At, ut Deus bel
præſidet; ita exiſtimandum eſt, eum ne
tiquam benedixiſſe armis à fedifragis no
amore patriæ, ſed proprii commodi erg
expeditis. 3. Altercatio, quæ Metell
cum Mummio interceſſit, ex parte ſuffl
minavit proſperum curſum armorum Ro
manorum, ſimulque nos docet, reip. m
niſtros, ſi non tam publico commodo ſtu
deant, quam propriæ aut gloriæ, aut emo
lumento, aliis quoque rerum bene geſta
rum famam invidere. Tac. l. 1. hiſt. c. 26
Laco conſilii, quamvis egregii, quod non ip
afferret, inimicus, & adverſus peritos pervi
cax. & Juſtin. lib. 31. cap. 7. agens d
Annibalis ſententia, quam dixerat apu
Antiochum: *Huic ſententiæ obtrectatore*

omnis

ici regis erant, non utilitatem rei cogitan-, ſed verentes, ne probato conſilio ejus, imum apud regem locum gratiæ occuparet. Sed, ut Critolaus temerario conſilio llum auſpicatus fuit & geſſit, ſic ſpe-tim ſuam ſtoliditatem prodidit, quum gligeret occaſionem, ad Thermopylas m præclare gerendi. Nam occaſionem bello obſervandam eſſe, non ſine ra-one Scriptores monent. Polybius lib. 9. *let in omnibus rebus & pollet occaſio, ſed axime in bellicis.* Livius libr. vigeſimo uinto, *Si in occaſionis momento, cujus præ-tervolat opportunitas, cunctatus paullum fue-s, nequicquam mox omiſſam querare.* Veget. b. 3. de re milit. *Occaſio in bello amplius let juvare, quam virtus.* Itaque ſolent op-mi duces, ut Cæſar ait, lib. 1. de bello ivil. *occaſione & beneficio fortunæ ad oppri-endos hoſtes uti.* 6. Speciatim gravius ad-uc impegit Critolaus, quod Thermopy-s non occuparit, ad quas cum ſuis tre-entis olim, contra Xerxis nubes non ſo-um ſubſtiterat, ſed parum quin victor e-aſerat, decantatiſſimus ille Leonidas, (vi-eantur Juſt. l. 2. Herod. l. 7. Diod. Sicl. b. 11.) & ad quas teſte eodem Juſt. l. 8. hilippus Macedo Græcos oppreſſerat. Paulus Æmilius apud Agellium lib. 13. apite tertio docere ſolitus, *perraro bo-num imperatorem ſignis collatis decerta-e, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma ei*

occaſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

occaſio data eſſet. quod ita extulit. Veg
libro tertio de re milit. cap. vigeſim
ſexto : *Boni duces publico certamine nu*
quam niſi ex occaſione , aut nimia neceſſit
confligunt. Magnam autem partem victor
teſte eodem Veget. cap. decimo tertio, *i*
locus in quo dimicandum eſt, poſſidet. Hirti
de bello Alexand. *multum* , inquit , *adj*
vante natura loci. quem idcirco in præ
diſpiciendum monet idem Veget. cap.
Hinc Datames (quod in ejus vita refe
Cornelius Nepos) *ut inferior copiis , ita ſ*
perior omnibus præliis diſcedebat , quod nu
quam manum confereret , niſi adverſarios l
corum anguſtiis clauſiſſet. & paſſim apu
Jul. Cæſar. hæc occurrunt libro ſecund
neque noſtros in locum iniquiorem progre
pugnandi cauſſa viderunt. libro quinto :
rat magni periculi res cum tantis copiis in
quo loco. 7. Quantum momentum ſit i
Duce , & quomodo eo ſalvo ſalvus ſit ex
ercitus , occumbente vero eodem , hic fa
cile profligetur, videre eſt in Critolao. Li
vius libro 30. Annal. *donec ſtetit ante ſign*
Mago, gradum ſenſim referentes ordines ten
rem pugnæ ſervabant : poſtea quam femor
transfixo cadentem, auferrique ex prælio pro
pe exanguem videre, extemplo in fugam omn
converſi. Horatius lib. 4. Ode 4.

--- *Occidit , Occidit.*
Spes omnis & fortuna noſtri
Nominis, Aſdrubale interempto.

Teſti

ſtis eſt enim T. Livius lib. 26. Annal.
nibalem Aſdrubalis capite conſpecto,
noſcere ſe fortunam Carthaginis, dixiſ-
Quippe verum eſt quod Hegeſippus
ibit lib. 5. c. 30. *In milite unius ſors eſt, Imperatore univerſorum.* cui, ut ſcribit
xt. Aurel. Victor in Juliano, *ſalus pro-a cum ſemper ad ſecuritatem omnium, tum xime in bello conſervanda eſt.*

CAPUT XXIII.

pta per Mummium Corintho, non modo ſo-cietas Achæorum diſſoluta, ſed eorum quoque nomen everſum fuit.

Æterum bellum, ut ſolet dulce eſſe inexpertis, amarum vero iiſdem, poſt-am cladem acceperunt; ita Critolai at-e Diæi tumultuario exercitu difflato r Metellum, Mummius occupata Co-ntho, nomen Achaicum non tam ever-, quam ſepelivit. Unum Florum ſuffe-rit adduxiſſe, qui ita lib. 2. cap. 16. *Hic* empe Mummius) *alterius ducis Diæi late ercitum ſub ipſis Iſthmi faucibus fudit, ge-inoſque portus ſanguine infecit. Tandem ab colis deſerta civitas, direpta primum, dein-tuba præcinente deleta eſt. Quid ſignorum, id veſtium, quidve tabularum raptum in-nſum atque projectum eſt? Quantas opes & ſtulerit & cremaverit, hinc ſcias, quod icquid Corinthii æris toto orbe laudatur in-ndio ſuperfuiſſe comperimus. Nam & æris*

notam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

notam precioſiorem ipſa opulentiſſima ni
fecit injuria: quia incendio permiſtis pluri
ſtatuis deque ſimulacris, æris, auri, argen
que venæ in commune fluxere. Nec ſola C
rinthus periit, verum etiam cum ea
mnium Græcorum, (Lacedæmonior
quoque, nedum Achæorum tantum)
bertas. Sic enim Pauſanias l. d. *loqui*
Aliarum urbium, quæ contra Roman
bellum ſuſceperant, muros Mumm
dejecit, arma civibus ademit. atque h
omnia egit priusquam ab urbe mittere
tur, quorum conſiliis in Græciæ rebus o
dinandis uteretur. Ubi vero adfuerunt
li, ſtatim omnem è civitabus populare
adminiſtrationem ſuſtulit: Magiſtratus
cenſura inſtituti: tributa univerſæ Græc
impoſita: locupletibus extra fines ſuos
gri poſſeſſione interdictum: cõcilia omn
ſingularum Achaicę nationum ſive in Bo
otia, ſive in Phocenſibus haberentur, a
olita. *Hæc ille.* Omiſſis aliis, quæ obvi
notemus à parte Romanorum, eos val
prudenter ſciviſſe, vitiis, maxime inteſti
na Græcorum diſcordia, uti. Inde Galg
lus apud Tacit. Agr. cap. 32. de iiſdem
Noſtris illi diſſenſionibus clari, vitia hoſtium
in gloriam exercitus ſui vertunt. Didicerun
alii à Romanis. Idem Tacit lib. 4. Hiſt
c. 34. *Civilis non minus vitiis hoſtium, quam*
virtute ſuorum fretus. & Flor. de Mithric
l. 3. c. 5. *Spem ac fiduciam dabant noſtra viti*

atqu

que iterum apud eundem l. 4. c. 2. filius
ithridatis, magis diſcordię Romanę *fidu-*
, quã ſuæ virtutis, bellum cœpit. 2. Quæ
tio arbitrorum potentiorum, in litibus
nperiorum dirimendis eſſe ſoleat; hinc
ſcamus. Qui Græcorum litem dijudicare
buiſſent, iis jugum imponunt, ſimiles
oniÆſopico in partienda præda. De Ma-
donum rege Philippo ſic Juſtin. l. 8 c 4.
uitur: Philippus, more ingenii ſui, ad
dicium veluti ad bellum, inopinantibus
atribus inſtructo exercitu ſupervenit: &
gno utrumq; non judicis more ſed fraude
tronis ac ſcelere ſpoliavit. *Hæc Juſtinus.*
Quod non minus Lacedæmonii, quam
liqui quoq; Gręci, communi exilio cum
chæis per Romanos fuerint involuti, ex-
bet non minus Romanorum ingenium,
ibus ſolemne erat ſecũdum Tacit lib.
Hiſt. 17. *quærere provinciarum ſanguine*
ovincias; quam omnes docet, ne qua ra-
one patiantur ſe collidi inteſtinis diſſi-
is, ſive cum ſociis ſive quacunque alia
tione domi. Externus ſiquidem aut ho-
s, aut etiam ſocius, qui fomenta &
ateriam huic diſſidio ſuppeditat, labo-
t *ex ipſo bove lora ſumere*, (ut alibi ele-
nter Plut. loquitur) atque omnibus ex
quo enectis ſervitii jugum imponere,
emadmodum ſuo tempore deplorant il-
, qui pro ſperata libertate, cum Græ-
s hoc loco, omnibus ſuis privilegiis &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

immunitatibus mulctantur. Superiori ſæ-
culo (videantur Sleid. lib. 24. & Thuan.
lib. 2. Hiſt.) Carolus V. Imp. mira verſu-
tia Principes Proteſtantes in Germania in-
ter ſe commiſit, atque privatas Alberti &
Joannis Brandeburgicorum contra Heſſum
ſimultates, & occulta Mauritii Saxonis in
Joannem Fridericum odia & ambitio-
nem, in ſuam convertit utilitatem; eôque
illos furore cæcos adegit, ut religioni,
quam pariter profitebantur, & libertati
Germanicæ ſpreto periculo, arma pro pa-
tria contra communem hoſtem expedien-
da, in ſeſe ipſi ſtrinxerint. Ipſe certè
Mauritius (conſulatur omnino Sleidan.
d.) ita ſe circumſcriptum ad poſtremum
agnovit, editoque publico programmate
coram univerſo orbe ſerio conqueſtus fuit.
Utinam, utinam, ſapiatis omnes Prote-
ſtantes tum Principes tum reſpublicæ:
apud vos (ut cum Seneca loquar lib. 2. de
Ira cap. 23.) *plurimum mali credulitas fecit*,
tantoque vobis hic pernicioſior eſt error,
quanto ſunt (Tacit. Germ. cap. 21.) ad-
quas Papana fraude, toties licet deluſi, vo-
agi patimini, *periculoſiores inimicitiæ juxta*
libertatem: hanc tueri non poteſtis, niſi
junctis animis & viribus. Lapidem in
Scyro inſula (videatur Plin. lib. 36. cap.
17.) integrum fluctuare tradunt, eun-
dem comminutum mergi. Qui ſimplex
& ſolus, infirmus eſt: *triplicatus* autem

funi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

funis ægre rumpitur, ipſo Salomone teſte Eccleſ. 4. com. 12. Agite ergo, atque, ut invicti ſubſiſtatis, adverſus conſilia, quę Babylone cuduntur, in veſtram perniciem, *unum omnes ſentite ac probate*, Cęſ. lib. 5. B. Gal. cap. 30. 4. Ideo Corinthus, celebratiſſima illa Urbs à Romanis everſa fuit, quòd loco commodiſſimo poſita, cuivis, dominationis duntaxat avido, occaſionem prębere poſſet inchoandarum novarum rerum. Cic. lib. 1. de Off. *Quare ſuſcipienda quidem bella ſunt*, inquit, *ob eam cauſam, ut ſine injuria in pace vivatur; parta autem victoria conſervandi ſunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt; ut majores noſtri Tuſculanos, Æquos, Volſcos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt: at Carthaginem & Numantiam funditus ſuſtulerunt. Nollem Corinthum: ſed credo illos ſecutos oportunitatem loci maxime, ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari.* Ita Cicero ſcapham ſcapham vocans. Noluerunt tamen hanc cauſſam everſę Corinthi publice agnoſci. Nam teſte Liv. l. 52. in Epitome, Memmius *omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum ex Senatuſconſulto diruit; quia ibi legati Romani violati erant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

CAPUT XXIV.

Concluditur, atque ſerio in omnibus imperii ſtudium Concordiæ urgetur. Speciatim in fœderato Belgio haud abſimili Achæorum ſocietati. Arceantur Imperiorum ſpeculatores, domi caſtigentur δωρόφαγοι, nec qui ſapiunt, ſocios opprimi patiantur, ne illis everſis, ipſi victoris præda fiant.

ATque ſic hactenus, aſpirante Dei Opt. Max. gratia, poſt ſummos viros, conſideravimus, aliquanto diſtinctius, quam ab iis factum, remp. Achæorum. quoniam propoſitum nobis fuit, preſſe hiſtoriæ inhærere, omniaque ad uſum transferre, multa occurrerunt, quæ notare potuiſſemus in iis, quæ viri illi celeberrimi negligentius annotarunt, ſed, non libuit laureolam in muſtaceo quærere. Quòd verò huic celebratiſſimæ apud antiquos reip. in plurimis reſpondeat fœderati noſtri Belgii ſtatus, ut à plurimis jam diu annotatum, noſtrum inſtitutum fuit proponere ſpeculum, quod ſi omnes, non minus qui cum imperio ſunt, quam quibus obſequii gloria relicta eſt, diligenter intuerentur, mala (quæ certo brevi ingruent, & jam magno paſſo ad nos properant) minimum prævideri, ſi non etiam præcaveri poſſent. Quoniam vero *primo Diſcordia*, illa fatalis rerumpublicarum peſtis, Achæos perdidit, temperare mihi non poſſim (quod meo

Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

ſelgas in Achæis mihi repreſentem) quin-
terum monſtro illi occurram. Senecę ver-
um eſt Epiſt. 27. in fine: *Nunquam nimis*
icitur, quod nunquam ſatis diſcitur. Qui-
ſdam remedia monſtranda, quibuſdam in-
lcanda ſunt. atque iterum ep. 94. *Quæ-*
nque ſalutaria ſunt, ſæpè agitari debent, ſæ-
verſari: ut non tantum nota ſint nobis,
d etiam parata. Non enim repoſita illa eſſe
ortet, ſed in promptu. Certe ſi talia hæc in
romtu habuiſſent multę florentiſſimę
entes atque Reſpublicę: ſi *memoriam ſi-*
multatum, patriæ (Liv. lib. 9.) *remiſiſſent:*
Nec ſe ſiviſſent *odii privati pertinaciâ* (Ta-
it. 1. Hiſt.) *in publicum exitium ſtimulari,*
non coacti fuiſſent, iſto Bucolico planctus
nimium ſerò (Virg. Eccl. 1.) damnare ſtul-
titiam ſuam:

----- *en quo diſcordia cives*
Perduxit miſeros! en queis conſevimus agros!

Hoc enim uſuvenire ſolet, ut ſuſpicionis, (Po-
lyb. l. 5.) *rixæ, omnia plena ſint, cum in-*
epta noſtra deſerunt ſucceſſus: cumque pu-
blica aliqua clades imminet, tum ut Lu-
can. lib. 7.

Dira ſubit rabies: ſua quiſque ac publica fata
Præcipitare cœpit.

Exempla pauca ut proponamus, Quid Ita-
liæ ruinam acceleravit aliud, niſi Guelpho-
rum & Gibellinorum illa celebratiſſima
factio? Numquid Armeniacorum Burgun-
dorumq; in Gallia diſcidium olim occaſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

nem præbuit Anglis, per annos complures potiendi Galliâ? Quid mali non adduxit illa, tempore Caroli Burgundionum Ducis, ſtultiſſima, ſed omnium pernicioſiſſima diſſenſio, omnibus in duas factiones diviſis, quarum alteri nomen erat *ab hamo*, alteri *à piſce aſello*? Pugnabat civitas cum civitate, vicus cum vico, domus cum domo, ſæpe quos idem lectus jungebat, factio diverſa ſegregabat, & fratrem à fratre ruptis naturæ vinculis, diſtrahebat; paſſim latrociniis, jurgiis, cædibus, rapinis, fervebant omnia. Quid Athenę? Magna illa urbs, lateque rerum domina, poſt cladem Siculam in ſociorum defectione, & hoſtium multitudine, ſubſtitit tamen, (Thuc. lib. 2.) *neque adeo prius collapſi ſunt cives, quam inteſtinis diſcordiis in ſua viſcera ſævientes, ſe præcipitarent.* Imo quid univerſæ Græciæ ab ea causâ acciderit, adſcripto magni autoris integro loco demonſtrabimus, *obviâ* in plerisque (Tacit. lib. 4. Annal.) *ſimilitudine, ab iiſdem cauſis pares exitus animo præcepturi*: vel potius *inde nobis noſtræque Reipub. capturi*, (Liv. pręf.) *fœdum inceptu, fœdum exitum, quod vitemus.* Ergo ſic de Philippo Mag. Demoſth. Ph. 3. *Neque Græcia, neque Barbaria, hominis avaritiam capit. Quæ quum Græci omnes & audiamus, & videamus; non alii legatos mittimus ad alios: non indignamur: ſed adeo ſumus amentes, atque*

oppida-

idatim, tanquam foſſis interjectis & val-
, ſeparati, in hunc uſque diem neque ra-
ibus noſtris conſulere quicquam, neque of-
o ulla ex parte fungi poſſumus: neque ini-
concordiam: neque ſocietatem auxilii & a-
citiæ ullam facere: ſed incrementa potentiæ
ilippi ſecurè negligamus; idque tempus,
m alius pereat, unuſquisque in lucro depu-
: non de procurandâ Græcorum ſalute, co-
ationis aliquid laborisque ſuſcipiat: eodem
do, quo qui grandinem ſpectant, optat
isque, ne in ſuos agros deferatur: prohibere
atur nemo. Atqui eum, tanquam conver-
nem atque acceſſionem febris, aut alterius
ali, etiam in illum, qui ſibi procul à peri-
lo nunc abeſſe videtur, invaſurum, nemo
qui neſciat. Hęc Demoſthenes Græcis
gerebat: ſed ſurdis, ut ajunt, fabulam.
aque (Herodian. lib. 3.) *æmulatione, con-*
ntione, invidiàque inter ejuſdem gentis ho-
ines funeſtiſſima invicem attriti, captivi
ius Macedonum, dein mancipia quoque Ro-
anorum facti ſunt. Tale malum ô Deus
vertas! Tu facias, ut in Rep. noſtra com-
atur illud Salluſtii: *Jurgia, diſcordias,*
as, ſimultates cum hoſtibus exercebant; ci-
s cum civibus de virtute certabant. Ratio-
em reddit Polybius lib. 6. δυοῖν ὄντοιν
ὧν σώζεται πολίτευμα πᾶν, καὶ τῆς
ὸς τοὺς πολεμίους ἀνδρείας, καὶ τῆς πρὸς
φᾶς αὐτοὺς ὁμονοίας. *Cum duobus his*

omnis civitas contineatur, fortitudine adve
ſus hoſtes, conſenſuque inter cives. Secun
quum improvidi, inteſtiniſque diſcord
parum quin efferati Achæi, viam com
pendioſam ad ruinam reip. ſtraverint, ad
mittendo Romanos velut quotidianos
ctuum ſuorum ſpeculatores; optandum
foret, quam diligenter à talibus Status in
ſidiatoribus,(non refert ſocii an hoſtes ha
beri velint) reſp. ſibi caveret. Ludovicu
XI. teſte Comin. lib. 8. XVI. millia Co
ronatorum quotannis minimum erogaba
ut ſecreta Angliæ regum conſilia cogno
ſceret: at pro dolor! multas notare e
reſp. & civitates, ubi vix ſedecim ei flo
renis Imperialibus ſit opus, qui cupit ar
caniſſima Patrum patriæ conſilia cogno
ſcere; quæ non poterunt non publice pro
palari, quam diu, ridente Agamemnon
(videatur Homer. lib. 8. Odyſſ.) uſque
ad convitia muliebria inter ſe Achilles &
Ulyſſes contendent. Utinam Carthagi-
nenſes non haberent poſteros, in quibus
Punicum ingenium agnoſci poſſet! alias
illis familiare erat hoſtium pariter & ami-
corum *ſpeculari conſilia*; ut poſt Juſtinum
lib. 18. cap. 2. notat Frontin. lib. 1. Stra-
tag. cap. 2. n. 3. & 4. *Tertio*, optandum
non minus foret, perſuaderi poſſet, brevi
ruituram eſſe illam rempubl. in qua, ſive
Callicrati, ſive aliis, qui ejus ingenium re-
ferunt, contra leges impune dona accipe-

e licet. Crepent licet venales hi domini
ro roſtris, in Conciliis, & inter ſuos li-
ertatem, quia ſtipendiarii aliorum ſunt,
s, quibus clancularium ſacramentum
ixerunt, eandem operam exhibebunt,
uam (videatur Diod. Siculus lib. 16. cap.
4.) Laſthenes & Euthycrates dederunt
Philippo Macedonum regi, qui Juvenali
ſat. 12. *Callidus emptor Olynthi* dictus. Sed
oſtremo, quum prima ſcaturigo calamita-
um reip. Achaicæ merito cenſeatur, quod
compreſſis ſedendo manibus, & ſomnicu-
loſis inertibuſque oculis connivendo, vio-
ata inſuper (ut vidimus) federum religio-
ne, alienam calamitatem, nec non vicino-
um ſociorumque ſuorum interitum, ſe-
ura & quaſi defæcata mente ſpeculari
potuerit; viderint cognatæ reſpubl. ne hac
n parte pariter delinquant. non exau-
diendo aut preces, imo ſæpe obteſtationes
ſociorum, aut falſo ſibi perſuadendo, illos
dominationi ſuæ terminos ad fines ſter-
entium definituros eſſe, qui deſertos vici-
nos undiquaque impune depopulantur.
Recte Thebanorum legati apud Juſtinum
lib. 9. cum Græciam oppidatim occupa-
ret Philippus, diſſeruere: *Communem*
hoſtem communibus viribus ſubmovendum,
neque enim ceſſaturum Philippum, ſi pro-
ſpere prima ſucceſſerint, niſi omnem Græ-
ciam domuerit. atque ut verba Thucy-
didis librum ſextum immutem: *Belli*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

pericula cum vicinis communia nobis ſun *& pro certo habendum eſt, ſi nos vicinos n* *gligamus, extemplo, poſt quam illi conflagr* *verint, ad nos incendium trajecturum.* I lubens, otium gratum, maxime merca tibus eſſe. Sed vere Sall. in Catil. *Otium* *divitiæ, optandæ, aliis oneri miſeriæque fu* *re:* atque iterum in Jugurth. *Quod in a* *verſis rebus optaverant otium, poſtquam a* *epti ſunt, aſperius acerbiusque fuit.* Sed ab rumpendum eſt. finio ergo cum Thucy lib. dicto: *Exiſtimate Remp. ſi ocio indu* *geat, ipſam ſuis opibus attritum iri, ut quæl* *bet alia, & futurum, ut omnis diſciplin* *conſeneſcat: ac per certamina quotidie in ex* *perientia profecturam, & uſum, quo non ver* *bis, ſed factis potius, hoſtes propulſare poſſi* *adepturam.* Tu, ô Deus, interim miſere tui populi, eorumque qui ex fide te in vocant. Tibi, qui es unicus imperiorur Stator, atque (Pacuvius in Peribęo ver 200.) *Regum imperator, æternûm morum* *ſator*, ſit laus & gloria in ſempiterna ſecu la, AMEN.

MAR

MARTINI SCHOOCKII DISSERTATIO DE VEJENTIUM REPUBLICA,

CAPUT I.

De Vejorum antiquitate, ſitu, atque potentia.

OPeræ pretium me facturum exiſtimo, ſi Vejentium Rempubl. quæ ante Romam conditam, in Italia potentiſſima fuit, ſuis coloribus delineaverim, difficilemque il-us luctam, cum ſubdolis non minus, am fortibus Romanis, aliquanto accu-tius expenderim. Quod, quo rite atque dine præſtare queam, Rempubl. hanc à imis antiquitatis (cujus vix tamen ve-igia apud Hiſtoricos ſuperſunt) incuna-lis deſcribere inſtituam. Beroſo An-ano, quem cum ratione viri docti ſup-ſititium authorem eſſe cenſent, ſi qua des deferenda eſſet, Vejentes à plauſtris, ibus omnia ſua more Scytarum circum-rre, munitionesque in oppidi formam mponere ſolent, appellationem traxiſ-

ſent;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

ſent ; annoque tertio Jovis Belli , filii Sa-
turni, Comerus more Scythco unde ve-
rat , docuiſſet ſuos Italos urbem curri-
componere: Vejique appellati fuiſſent v-
cabulo Sago , qui Vejas plauſtrum app-
labant , & urbem ex his compoſitam ,
parva eſſet, Veitulam, ſi magna Uſurdu
ſi metropolis Cyocholam. Quamvis a
tem aliquando exiſtimaverim cum V. C
Dionyſio Godofredo , non omnia , q
ſub antiquiſſimorum qua Græcorum, q
Latinorum ſcriptorum nomine ab Ann
Viterbienſi orbi erudito ſunt oblata ;
eodem confiɛta fuiſſe : Sed potius ab h
mine, Latine, Græce, atque Hebraice d
ɛtiſſimo , ad hoc ingenioſiſſimo , quęda
antiquæ Hiſtoriæ monumenta in quoda
angulo alicubi inventa fuiſſe, quibus pr
ſcripſerit antiquorum Authorum , atq
in vulgus notorum nomina , quo maj
eum applauſu exciperentur : re tamen c
ligentius poſtea examinata , nihil veri
Annianis commentis deliteſcere , ind
bitato argumento didici. Ut ut ſit , V
diu ante Romam conditam floruere , a
ſi Catoni credimus, cujus fragmentum c
tat Servius ad VII. libr. Æneidos , co
didere eos in Hetruria Capeni , auxilio r
gis Propertii , de quo , cum altum ap
reliquos ſcriptores ſit ſilentium , nih
amplius adferri poteſt. Obiter hic & qu
ſi in tranſitu obſervare licet , quod hom

num

rum, idem urbium ac Rerump. fatum eſ-
. Multæ ex iis ignorantur, quia ſcripto-
m, à quo commendarentur poſteritati,
on invenerunt. Cum ratione Flaccus lib.
Od. 9.

Vixere forte ante Agamemnona
Multi: Sed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte; carent quia vate ſacro.

Interim potens fuit Reſpubl. Vejen-
ium, ſiquidem graviſſima ac diuturna
ontra Romanos geſſit bella, obſeſſaque
er integrum decennium, duceque Ca-
nillo tandem expugnata, Urbem magis
ocupletavit, quam omnes victoriæ per
CCL. annos de variis populis per Romuli
entem partæ; ut Liv. lib. 5. docet. Ver-
o notemus, nihil ſub ſole eſſe ſtabile, ac
roinde maximarum urbium & poten-
iſſimorum regnorum, æque atque homi-
num, ſua fata eſſe. Senec. epiſt. 71. O-
mnes quæ uſquam rerum potiuntur, urbes,
quæque alienorum imperiorum magna ſunt
decora, ubi fuerint, aliquando quæretur, &
vario exitii genere tollentur, alias deſtruent
bella, alias diſſidia paxque ad inertiam ver-
ſa conſumet, & magnis operibus exitioſa res
luxus. Cicero in aurea illa epiſt. 5. lib. 4.
Fam. epiſt. *Servius Sulpitius ex Aſia redi-*
ens, cum ab Ægina Megaram verſus navi-
garet: Cœpit regiones circum circa proſpicere:

Poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Poſt ipſum fuit Ægina, ante Mœgara, a[…] tra Paræcus, ſiniſtra Corinthus, quæ opp[…] quodam tempore florentiſſima fuerunt: T[…] proſtrata & diruta ante oculos jacuer[…] Sic itaque ſecum cogitavit. Hem, nos […] munculi indignamur, ſi quis noſtrum inter[…] aut occiſus eſt, quorum vita brevior eſſe de[…] cum uno loco tot oppidorum cadavera proje[…] jaceant! Ipſa Urbs vero, quam incolu[…] Vejentes, *ſita erat in excelſa & præru[…] rupe, Athenarum magnitudine*, ut teſtis […] Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. Ut nihil […] neque ad ſalubritatem, neque ad mu[…] mentum, neque etiam ad celebritate[…] defuerit. Loco ſaluberrimo poſitam fu[…] ſe, evincit ejuſdem altitudo. Sic quip[…] Vitruv. lib. 1. cap. 4. *Locus ſaluberrim[…] erit, excelſus, & non nebuloſus, non pruin[…] ſus, regionesque cœli ſpectans neque æſtuoſ[…] neque frigidas, ſed temperatas.* Eadem alt[…] tudo ad munitionem quoque faciebat, […] recte enim Plato lib. 6. de LL. cenſe[…] quo locus eſt ſublimior, eo eſt munitic[…] Quicquid enim aliis rei Architectonic[…] conſultis viſum fuerit, loci eminent[…] plurimum ad illius robur confert. Am[…] plitudo ex eo colligi poteſt, quod ab a[…] curatiſſimo Hiſtorico cum Athenis com[…] ponatur. Plutarch. in Romulo addit, […] conjunctam fuiſſe magnam ditionem, p[…] Hetruriam ſcilicet, quam quæſitam mag[…] authoritate, quam armis crediderim: r[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

es quippe bellandi, horum latifundio-
um poſſeſſores fuiſſe, poſtea liquebit.
bſervemus obiter; quod quemadmodum
agni piſces minores deglutiunt, ſic ma-
res urbes municipia atque oppida, ſibi
t Marte, aut mercimoniis, aut authori-
te mancipare. Una Roma teſtis eſſe po-
ſt, quæ ſub Romulo quoque, quadrata
cet, cum ſolito major, pluribusque mu-
mentis inſtructa eſſet, non ſolum Ita-
æ, ſed ipſi quoque orbi inſidiari vide-
atur.

CAPUT II.

t Vejentes cum Romulo quoque contendere cæperunt, ita infeliciter rem geſſerunt. Quatuor vero ſolæciſmos quâ politicos, quâ militares commiſerunt.

VEjentes porro cum Romanis, ſuper-
ſtite etiamnum æternæ Urbis condi-
ore Romulo, contendere cœperunt. At
arum auſpicato. Quatuor ſiquidem er-
ores illos commiſiſſe in primo, quod in
iſtoriis Romanis refertur, bello, ſi omnia
ccuratius expendantur, liquet. *Primo.*
uanquam plurimum per Hetruriam po-
rant, omnesque prope per Italiam po-
ulos amicos ſociosque habebant, non ta-
en Romanis, qui initio facile opprimi
oterant, conjunctis viribus obviam ive-
. Idem error vulgo notatur in Chriſtia-
is Principibus. Surgenti Turcæ ſi con-
junctis

junctis viribus occurriſſent, nunquam
tantum faſtigium Muſulmanica poteſ
perveniſſet, aut gravis Europæ fuiſſet.
hoſtis initio neglectus, trophæa de ſocc
dibus ſtatuere ſolet. Utinam omnes, qu
rum intereſt, non ſolum contra externo
ſed domeſticos hoſtes, motusque, aureu
illud Taciti monitum obſervarent ex li
14. Ann. cap. 6. *Modicis remediis prim
motus conſediſſe.* Item alterum illud Ale
andri lib. 6. apud Curt. *Sicut in corporib
ægris nihil quod nociturum eſt medici reli
quunt, ſic nos, quicquid obſtat imperio, rec
damus.* Prudenter in hunc ſenſum diſſ
runt Campanorum Legati apud Liv. lib
9. *Pugnavimus verbo pro Sidicinis, re p
nobis, cum videremus finitimum populum n
fario latrocinio Samnitium peti, & ubi con
flagraſſent Sidicini, ad nos trajectum in cen
dium eſſe. Secundo.* Non minus turpiter de
liquere, quod injurias Fidenatibus, ſoci
ſuis illatas, tum demum ultum ivere, cu
eorum urbs à Romulo jam occupata, ipſi
que aut deleti, aut ſubacti eſſent. Cum ra
tione de his ipſis Plutarch. in Romulo
*Id vero non injuſtum modo erat, ſed & rid
culum, eos, qui Fidenatibus in periculo ver
ſantibus, belloque preſſis opem non tuliſſent
ſed pereuntes neglexiſſent, urbem jam agrum
que ab aliis occupata, ſibi poſtulare.* Etenin
Parthorum legati prudenter in Senatu Ro
mano diſſerunt apud Tacit. lib. 12. Ann
cap

ap. 10. *Subveniendum ſociis virium ætho-is, cedentibuſque per reverentiam.* Sed, ſic æpe accidit; ſocii negliguntur, aut per ncuriam, aut quod digni qua caſtigatione ideantur, aut denique, ut ſic placeatur licui Regi, à quo plura, ſed ſæpe fruſtra, xſpectantur. Prudentiores longe Romai fuere, de quibus ipſe Cicero in libb. de Rep. publice profitetur, eos *juvandis ſociis ptum terrarum orbem occupaſſe*: qua de re icet nos aliquoties in Rep. Achæorum gerimus, hic tamen lubet quædam ſinularia exempla adjicere, ut conſtet, uam promovendæ Romanorum potentiæ ſociorum nomen ſervierit. Atque nitio quidem (videatur Flor. lib. 2. cap. .) ſpecie Mamertinos juvandi per Apium Conſulem, Meſſenam & Syracuſa: uerunt aggreſſi, claſſemque Carthaginenum deleverunt: quę cum fuerit primi elli Punici cauſſa, non dubitat graviſſinus Hiſtoricorum Polyb. lib. v. Romaos violati fœderis, cum Carthaginenſius percuſſi, arguere. Tertii belli Punici, uo Carthagini aratrum inductum, occaonem Maſiniſſa præbuit, quem, ut ſoum ſuum, à Carthaginenſibus injuria fectum fuiſſe, iidem Romani arguent, Oroſ. lib. 4. cap. 23. Non inveniſnt quoque ſpecioſam occaſionem opprindi Mithridatem Ponti regem, niſi ocrriſſet Nicomedes Bithyniæ Rex, ſo-

ejus amicusque Pop. Rom. licet non diſſi-
mulet Appian. in Mithrid. Nicomedem
clam inſtigatum fuiſſe, ut infeſtaret Mi-
thridatem, atque inde Romani, haberent
cauſſam belli pro rege amico, contra Mi-
thridatem, poſſentque Pharnaci filio ejus
parricidii in patrem reo, in ſceleris mer-
cedem paternum regnum tribuere, eum-
que ſociis ſuis aſſcribere, ut diſtincte Di-
lib. 37. docet. Hæc ſi quis diligenter con-
ſideraverit, videbit, unos, Romanos ex-
pendere ſciviſſe, quantum ſociali nomini
deferri mereatur. Adeo ut Romanis ini-
miam haut fecerit, legatus Antiochi, cuju
ad Romanos apud Livium lib. 35. Hæ
ad illos verba ſunt: *Spetioſo titulo uti vo*
Romani, Græcarum civitatum liberandarum
video: Sed facta veſtra orationi non conve-
niunt. Utinam nos, qui Chriſtiani & qui-
dem Reformati, occaſione ſociorum, non
tam potentiæ terminos dilatare ſtudeamus,
quam juſtam eorum cauſſam, quatenus
communis cenſeri debet, juvemus & aſſe-
tamus! Etenim obſervatu dignum illud
Diodori Siculi lib. 22. cap. 1. *Pulchrum e*
Epiroris, non pro patria tantum ſua decerta-
re, ſed pro amicis etiam, & belli ſociis, pericul
ſubire. Tertio. Poſtquã ſerũ jam, Fidenates
oppreſſi erant, nõ ſolũ ad arma provolarunt
Vejentes, ſed amplius contra viros belli pe-
ritos tumultuariũ exercitũ eduxere, eum-
que non caſtris concluſere, verum palantes
lon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

onge lateque per agros proximos dimiſe-
e. Ita quippe Liv. lib. 1. de iis : *In fines Ro-*
anos excurrerunt, populabundi magis, quam
ſti more belli. Itaque non caſtris poſitis, non
ſpectato hoſtium exercitu; raptam ex agris
ædam portantes, Vejos rediere. Non diffi-
ndum, hoſtes, agris eorum ante devaſta-
s, omnibusq; cum pulviſculo ablatis, ſæ-
e debellatos fuiſſe, coactosque, ſive æquas
ve iniquas pacis conditiones amplecti. De
abio Maximo ſic Frontinus Lib. 3. Stra-
g. cap. 4. *Fabius Maximus vaſtatis Cam-*
norum agris, ne quid eis ad fiduciam obſi-
onis ſupereſſet receſſit ſementis tempore, ut
umentum quod reliquum habebant, in ſa-
nes conferrent: Reverſus deinde renatæ
otrivit, & ad famem redactis potitus eſt.
nde & Liv. libr. 5. *Ab iis non urbes vi*
t operibus tentatæ, ſed ager eſt depopulatus:
ædæque rerum agreſtium actæ, nulla felix
bor, nihil frugiferum in agro relictum. Ea
des Capenatem populum ſubegit, pax pe-
ntibus data. Cæterum hæc non juvant
olidos Vejentes, qui agros, quos in-
ſerant, modica prædæ portione con-
nti, iterum deſeruere, hoſti ſuo non
ntum ſpatium, quo ſe colligeret, con-
dentes; ſed eundem quoque agrorum
mno exacerbatum ad vindictam provo-
ntes. Interim non ſimpliciter proban-
: illæ quoque depopulationes, quibus
nia carpuntur, amplectendumque Ti-

 mothei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

mothei, celebris illius Strategi, conſilium de quo ſic Polyænus libr. 3. *Timotheus urbem exercitu circumdans, militibus locum definivit, unde prædam agerent. Reliquam regionis partem & omnes ejus fructus vendebat. Non autem permittebat, neque domum vel tugurium deſtruere, neque vero inſiſtitiam arborem exſcindere: Sed ipſos duntaxat fructus capere, & hæc excogitans efficiebat, ut vicissent, plura tributa colligere poſſent: Si bellum diutius traheretur, victum copioſum & diverſoria haberent. Quod vero his majus eſt maximam benevolentiam ab hoſtibus venabatur. Quarto.* Graviſſime quoque reprehendendi Vejentes, quod poſtquam depopulati erant agrum Romanum, in eo caſtra munire neglexerint, cumque hoſtem inſidendo ejus agris, citra pulveris jactum debellare potuiſſent, in ſuos agros reverſi fuerint, & exſpectare eundem maluerint quam pæne obtritum debellare. Maximi quiq; Imperatores inter ſaluberrima conſilia ducere ſolent, ſi in hoſticum exercitus ducatur, hoſtileſque fines præmaturè occupentur. Hoc conſilium ipſe Cæſar lib. 2. de B. G. Divitiaco Æduo dat, *ut ſuas copias Ædui in fines Bellovacorum introducerent, eorumque agros popularentur.* Et Ageſilaus apud Corn. Nepotem in ejus vita Lacedæmoniis *perſuaſit, ut exercitum emitterent in Aſiam, bellumque Regi facerent, docens ſatius eſſe* (quando Artexar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

xes claſſem & pedeſtres exercitus mittere in Græciam ſtatuerat) *in Aſia, quam in Europa dimicare.* Similiter Darius apud Diodor. Siculum lib. 17. poſt Philippi exceſſum, contendebat belli molem ex Aſia in Europam atque Aſiam derivare. Unde Juſtin. lib. 13. *Quibuſdam placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipſum fontem & caput regni.* Annibal in ſua, apud Juſtinum lib. 31. concione, ad Antiochum Regem graviſſime: *Quamobrem ſi quis eos in Italia laceſſat* (loquitur de Romanis) *ſuis eos opibus, ſuis viribus, ſuis armis poſſe vincere; ſicut ipſe fecerit. Sin vero quis illis Italia velut fonte virium ceſſerit, perinde falli, ac ſi quis amnes non ab ipſis fontium primordiis derivare, ſed concertis jam aquarum molibus avertere vel exſiccare velit.* Expertus quippe hoc ipſe dux Pœnus erat, non tantum cum Italiæ incubaret; ſed etiam cum à Scipione illo, qui

Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen,

in ipſa Africa vinceretur, cum antea Italiam, quam quindecim annis igni ferroque vaſtaverat, fremens atque indignabundus relinquere coactus eſſet, ut teſtis eſt Liv. lib. 30. Ann. & Flor. lib. 2. cap. 6. diuque ante idem edoctus erat ab Agathocle, qui ſimili modo ſuperaverat Car-

thaginenſes, teſte Juſtino lib. 22. Adeo verum eſt, quod alicubi Appianus dicit: *Bella domi ob famem ende oriri ſolitam, omnibus eſſe gravia, foris autem leviora.*

CAPUT III.

Vice verſa Romulus admodum prudenter rem geſſit adverſus Vejentes: illius quoque facta, ſingularem prudentiam arguentia.

LOnge vero circumſpectius, omnia, vice verſa, à Romulo Romani imperii auſpici acta fuere. Nam, *primo* paſſus fuit Vejentes, poſtquam pergraſſati erant agrum Romanum, palantes redire, quod in colligendo adhuc excercitu occuparetur. Quem ſimul ac ſub ſignis collegit, in aciem eduxit, utque Liv. l. 1. refert: *Dimicationi ultimæ inſtructus intentusq; Tiberim tranſit.* Norat quippi rei militaris pertiſſimus Rex circumſpecti Imperatoris eſſe, exercitum in globum unum cogere; palanteſque facile carpi, atque per partes diſſipari & cædi. Cyrus apud Xenophontem li. 2. Cyripæd. *Conſtituere ordines diligenter, viſum eſt ei plurimum conducere, & ad non turbandum, & ut celerius reſtituerentur ſi turbati eſſent: Veluti & lapides & ligna ſi copulari oporteat, ea utcunque poſtrata fuerint, facillime coaptantur, ſi manifeſtas habeant notas, ex quo ſuo loco ipſorum quodque ſit ſublatum.* Quam periculoſum autem ſit, exercitum palabundum & diſſipatum per hoſticum ducere, magno

magno ſuo malo didicit Metellus, de quo Salluſt. B. Jugurt. *ipſe*, (Jugurtha) *cum delectis equitibus Metellum ſequitur: Nocturnis, & avijs itineribus ignoratus, Romanos palantes repente aggreditur. Eorum pleriquè inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit.* In eundem errorem impegerunt quoque Belgæ, adverſus Cæſarem pugnaturi, de quibus ipſe li. 2. Comm. ſic loquitur: *Ea re conſtituta, ſecunda vigilia magno cum ſtrepitu, ac tumultu caſtris egreſſi, nullo certo ordine, neque imperio, cum ſibi quisque primum itineris locum peteret, & domum pervenire properaret, fecerunt, ut conſimilis fugæ profectio videretur. Hac re ſtatim Cæſari per ſpeculatores cogita, &c. Q. Prædium, & L. Aurunculejum cum legionibus tribus miſit, qui noviſſimum agmen moraretur. Hi noviſſimos adorti, & multa millia paſſuum proſequuti, magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt, &c. Ita ſine ullo periculo tantam eorum multitudinem noſtri inter fecerunt, quantum fuit diei ſpacium: Sub occaſumque ſolis ſequi deſtiterunt, ſeque in caſtra, uti erat imperatum, receperunt.* *Secundo.* Exercitum non extironibus, ſed veteranis, probatæque virtutis militibus conſcripſit. Indicat tacite Livius libr. 1. ſic loquens: *Veterani robore exercitus rex Romanus vicit.* Adverſus tales *exitioſum* ſolet eſſe *prælium*, ut vere obſervat Tacit. lib. 1. Hiſt. c. 68. ac quantum veteranus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

tironi præſtat, egregie docet Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. 9. Antiq. Roman. quando ſic de Volſcis loquitur: *Sed (ut accidere ſolet novitio exercitui, qui ex oppidana & agreſti turba pro tempore contractus eſt:) ſci. magna pars & inermes ſint & periculorum inexperti, ne manus quidem cum hoſte conſerere ſuſtinuerunt: Sed plerique primo ſtatim Romanorum incurſu conſternati, clamoreque & ſtrepitu armorum perculſi effuſa fuga repetierunt mœnia: Ita ut multi inter viarum anguſtias intercepti obtruncarentur, ac multo plures per portam ſe intrudentes ab equitibus opprimerentur.* Si vero diligentius res Romanas expendamus, diſcemus, Martium illum populum, præ cæteris res maximas geſſiſſe ſubſidio veterani & exercitati militis; quos *patris ſui veteranos*, ut loquitur Paterc. lib. 2. dum ad ſigna revocat Octavius Auguſtus, pluribusque muneribus ſibi auctorat, omnibus ſuis adverſariis par fuit. Eorum ſubſidio quoque Orientem ſubegit Magnus Alexander, ut recte pręaliis in vita illius obſervavit Plutarchus. Prudenter autem Romani, hos tum in prima, tum in ultima acie collocare ſolent, ut docet Vegetius libr. 3. de R. Mil. cap. 14. Quod & calculo ſuo probat Xenophon libr. 3. Memorab. *In bello, inquit, fortiſſimi quique primo ultimoque loco ſunt collocandi, peſſimi vero in medio, ut ab illis ducantur, ab his impellantur.* Tertio.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Non minus prudenter Romulus, contentus deleviſſe Vejentium juventutem, pro tempore urbis obſidione abſtinuit. Ita quippe Liv. l. d. *Perſecutusque fuſos ad mœnia hoſtes, urbe valida muris, ac ſitu ipſo munita abſtinuit.* Augurabatur *primo* quippe, ſi eam circumſediſſet, attriturum non tantum, ſed perditurum Romanam juventutem, viribus & impetu magis, quam numero valentem. Siquidem obſidiones munitorum locorum, diu tractæ, maximos non tantum exercitus perdere, ſed & potentiſſimos principes atterere ſolent: expertus hoc eſt Philippus Macedo, qui alias urbium expugnator vocabatur, cum Byzantium obſediſſet; quemadmodum videre eſt apud Diodorum Siculum lib. 16. & Juſt. libr. 9: Similiter Carthaginienſibus plurimum obfuit Syracuſarum obſidio: dum enim pertinaciſſime urbi incumbunt, eamque omnibus modis exciſam cupiunt, meliorem exercitus partem perdidêre, Africamque totam delectibus adeo exhauſêre, ut impune Agathocli licuerit, eam primo pergraſſari, ac dein in Siciliam redire, hoſtesque tota expellere inſula: Quemadmodum fuſe docet Juſtin. lib. 22. Nec aliud quid æque attrivit vires Alberti Auſtriaci Brabantiæ ducis, quam Oſtendæ obſidio, pro aſſerenda magis exiſtimatione Hiſpanica, quam ob inſigne aliquod emolumentum continuata. *Deinde* me-

tuit Romulus ne ſui Romani, qui numquam ſub pellibus hiemaverant, animo conciderent, nec perſeverare vellent. Qui enim obſeſſuri locum aliquem munitum veniunt, præ oculis fere habere debent illud Appii Claudii apud Livium li. 5. *Perſeverantiam in omni quidem genere militiæ neceſſarium eſſe, maxime tamen in obſidendis urbibus.* Tertio & hoc forte Romulo obverſabatur, per obſidionis moram negligentiores futuros eſſe ſuos Romanos. At verum quod dicit Vegetius lib. 4. de Re Militari capite 28. *Cum negligentia intervenerit, paribus inſidiis ſubjacent obſidentes.* Quo pertinet quoque illud Claudiani de IV. Conſul. Honorii:

-------- *Si longa moretur*
Obſidio, tum vota cave ſecura remittas,
Incluſumque putes. Multis damnoſa fuere
Gaudia, diſperſi pereunt ſomnoque ſoluti.
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.

Quarto, hoc præ ceteris ab obſidione avertiſſe Romulum videtur; quod de ipſa urbe expugnanda deſperaret, certoque crederet, omnes finitimos ad liberandos Vejentes, haut aliter, atque ad extinguendum commune incendium, accurſuros eſſe. Prudenter Joan. Jovianus Pontanus recentior quidem author, cæterum nulli ex antiquis cedens lib. I. Hiſtor. *Tentare obſidionem, quæ poſtea turpiter omittenda ſit, nihil eſt aliud,*

haud, quam victoriam fortuito oblatam, turpi reliqua dedecorare jactura. Si hoc cogitaſſet Franciſcus I. Galliarum Rex, Papiæ obſidione abſtinuiſſet, quæ quantopere tum ſibi, tum univerſo Franciæ regno obfuerit, videre eſt apud Guicciardin. lib. 15. Hiſt.

Quarto. Ne tamen omni victoriæ emolumento careret Romulus, Vejentibusque terrorem incuteret, eorum ſecutus exemplum, longe lateque agros depopulari inſtituit. Ita quippe Liv. libr. 1. *Agros rediens vaſtat, ulciſcendi magis quam prædæ ſtudio. Eaque clade haud minus quam adverſa pugna ſubacti Vejentes, pacem petitum oratores Romam mittunt.* Sic depopulationes agrorum, quod obiter ſupra annuebamus, ſæpe multos compulere, ut herbam porrigerent, ſupplicesque pacem rogarent. Familiare autem Romanis fuit, hoc modo hoſtes ſuos ſubigere: ut non modo ex duobis iilis exemplis liquet, quæ ibid. adduximus; ſed abunde quoque evincunt, ſequentia tum Livii, tum Cæſaris loca. Liv. lib. 7. *Nuſquam acie congreſſo hoſte, cum agris magis, quam cum hominibus urendo populandoque geſſerunt bella, cujus lentæ velut tabis ſenio victa utriusque pertinacia populi eſt, ut primum à conſulibus, dein permiſſu eorum à ſenatu inducias peterent; in quadraginta annos impetraverunt.* & lib. 34. *Cum receptui ſigno dato, ſuos ſpoliis onuſtos in caſtra*

redu-

reduxiſſet, paucis horis noctis ad quietem d
tis, ad prædandum in agros duxit. Effuſis
ut ſparſis hoſtibus fuga, prædati ſunt. Q
res non minus, quam pugna pridie adverſ
Emperitanos Hiſpanos, accolasque eorum i
deditionem compulit. & iterum l. 40. *Mon*
tanorum Ligurum ab A. Poſthumo vine
cæſæ, frumentaque deuſta. Donec cladib
omnibus belli coacti in deditionem venerun
armaque tradiderunt. Cæſar lib. 6. de B
G. *De improviſo in fines Nerviorum conten*
dit: Et prius, quam illi aut convenire, au
profugere poſſent: Magno pecoris, atque ho
minum numero capto, atque ea præda militi
bus conceſſa, vaſtatisque agris, in deditionem
venire, atque obſides ſibi dare coëgit. Idem
lib. 5. B. G. *Tantum in agris vaſtandis*
incendiisque faciendis hoſti noceretur, quan
tum labore atque itinere legionarii milites ef
ficere poterant. Idemque feciſſet Cæſa
Romani imperii candidatus, niſi præpro
pere, ac præter ipſius opinionem Italiam
deſeruiſſet Pompejus. Teſtis eſt Cicero
lib. 9. ad Att. ep. 6. *Primum conſilium ej*
ſuffocare urbem & Italiam fame. Deind
agros vaſtare, urere, pecuniis locupletium non
abſtinere. Nec præter rationem: quisqui
agris potitus eſt, oppidorum facile domi-
nus evadit: Exemplorum farraginem qui-
cunque deſiderat, adeat Bodinum lib. 5
de Repub. cap. 5. *Quinto.* Ex Halicar-
naſſæo lib. 2. amplius obſervandum, quam

pru-

rudenter Romulus , obſervata loci com-
oditate, ſtructisque inſidiis, cum Vejen-
ibus prælio congreſſus fuerit. Sic enim
le *per interpretem :* Romani , ducis ſui
rudentia vicerunt , qui noctu montem
uēdam occuparat, non longe ab hoſtium
aſtris diſtantem , & ibi fortiſſimas tam e-
uitum quam peditum copias, quæ recens
x Urbe venerant , eumque ſequutę fue-
unt, in inſidiis collocarat. Quum autem
trique in planitiem conveniſſent , & eo-
em modo pugnarent , poſtquam Romu-
us ſignum dedit iis , qui in monte erant,
unc qui inſidias hoſti ſtruxerant , cla-
ore ſublato , à tergo in Vejentes impe-
um fecerunt , & ipſi recentes ac integri,
cta impreſſione in homines jam defeſſos,
revi temporis ſpatio eos in fugam ver-
unt. *Hæc Halicarnaſſæus.* Ut vero in his
mnibus raram prudentiam Romuli licet
otare ; ita hoc potiſſimum ex re eſt ob-
rvare , non ſine ratione P. Æmilium a-
ud A. Gellium lib. 13. cap. 3. dicere ſo-
tum fuiſſe , *perraro bonum Imperatorem*
gnis collatis decertare , niſi ſumma neceſſitu-
o, aut ſumma ei occaſio data eſſet. Quod ſic
xtulit Vegetius lib. 3. de R. M. cap. 26.
oni duces, publico certamine , nunquam ni-
i ex occaſione , aut nimia neceſſitate confli-
unt. Eodem autem Vegetio teſte eod.
b. cap. 13. *Magnam partem victoriæ ipſe*
cus , in quo dimicandum eſt, poſſidet. Hinc
Data-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Datames, teſte Corn. Nepote in illius vita, *ut inferior copiis, ita ſuperior omnibus præliis diſcedebat, quod nunquam manum conſereret, niſi adverſarios locorum anguſtiis clauſiſſet.* Quando vero contra locus infeſtus exercitus ductori eſt, meminerit Cæſaris præcepti lib. 6. de B. Gal. *Ubi locus iniquus præſidio eſt barbaris, aliquid potius innocendo omitti debet, quam ut cum aliquo detrimento militum noceatur.*

CAPUT IV.

Fractis, ſi non devictis Vejentibus, à Romulo conceſſæ fuerunt induciæ in centum annos, adempta tamen agrorum parte, atque exactis obſidibus. Hæ vero inſidioſæ induciæ illos perdiderunt.

UT ad vejentes revertamur, mirum quam eos tum adverſa prælia, (duo illa refert Halicarnaſſæus, cum Livius unius ſolum meminerit) tum agrorum depopulationes fregerint. Tangit Halicarnaſſæus lib. 2. ſic per interpretem loquens: *Nec multo poſt, quum legati Vejentium pacem petitum veniſſent, poſtulaſſentque ſibi delictorum venia daretur.* Quod poſtulatum vejentium forte inſidiarum plenum fuit; cum enim, eo tempore amplius pares Romanis non eſſent, utpote agris vaſtatis, exercituque deleto, pacem ambierunt, quo per occaſionem ea violata, injurias ulciſci poſſent. Ita ut plurimum quippe uſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

venit, quando imbecilliores ſe vident hoſtes, cum potentioribus adverſariis honeſto pacis & amicitiæ nomine paciſci volunt, ne funditus perdantur. Exemplum luculentiſſimum eſt vologeſes Parthorum rex apud Tacitum lib. 15. Annalium, intercedente Corbulone omnibus modis cum Tiridate Armeniæ rege paciſci deſiderans; poſtquam eo inferiorem ſe ſentiret. Utinam vero omnibus, quibus occurrunt velatis manibus hoſtes, pacem & amicitiam inſidioſam offerentes, occurrat ſapiens illa admonitio Ariſtæni Prætoris Achæorum; qua apud Livium lib. 32. concilium Græcorum increpuit: *Nolite, quia ultro Romani petum amicitiam, eo quod optandum vobis ac ſumma ope petendum erat, faſtidire. Metu enim videlicet compulſi in aliena terra, quia ſub umbra auxilii veſtri latere volunt, in ſocietatem veſtram confugiunt, ut portibus veſtris recipiantur, ut commeatibus utantur. Naves in poteſtate habent, terras quaſcunque adeunt, extemplo ditionis ſuæ faciunt. Quod regant, cogere poſſunt: Quia peperciſſe volunt, committere vos, cur pereatis, non patiuntur.* Quod aureum dictum, non de hoſtibus pacem offerentibus ſolum obſervandum; ſed de iis quoque qui eum Romanis totũ orbem, quam partẽ illius poſſidere malunt. Licet vero priſcæ fidei viri vejẽtes, ignari fuerint inſidiarum, quæ pacis tempori ſtrui poſſunt; Romulus

mulus tamen perquam circumſpecte cum iis egit. *Primo* ſupplicibus inducias conceſſit, ſic quippe Livius lib. I. *Agri parte mulctatis, in centum annos inducia conceſſit.* Eadem Halicarnaſſæus habet lib. 2. Ideo vero, in induciis, ſive pace concedenda, tam facilis fuit Romulus, quod vereretur, ne ſi cum populo, cujus magna clientela erat, ac pro cujus ſubſidio plurimi mox concurriſſent, diutius bellum geſſiſſet, ipſe paulatim uſum armorum addiſceret, experimentumque virtutis ſuæ caperet. Nam, non ſine ratione Ageſilao à Thebanis victo, objectum fuit, meritam ab illis mercedem reportaſſe, quos diuturno bello arma tractare docuiſſet, teſte *Plut. in vita.* Populique, armorum gloria illuſtres alias, omnem eorum uſum, fortitudiniſque exiſtimationem perdidere, dum otio ſe tradunt, ignaviaque velut rubigine obduci virtutem ſuam patiuntur. Tacit. Agric. cap. II. *Nam Gallos quoque in bellis floruiſſe accepimus. Mox ſegnitia cum otio intravit; amiſſa virtute pariter ac libertate.* Et Salluſt. B.I. *Mos factionum, & omnium malarum artium, paucis ante annis Romæ ortus eſt,* OTIO *atque abundantia earum rerum, quæ primæ mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam, metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat, ſed ubi illa formido mentibus diſceſſit, ſcilicet ea, quæ ſecundæ res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere. Ita*

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

quod in adverſis rebus optaverant, otium poſtquam adepti ſunt, aſperius acerbiusque fuit. Eadem mens fuit Alcibiadis, apud Thucyd. lib. 6. *Non ambigitur civitatem quietam & ignavam jacentem, marceſcere otio ſituque: Et eam ipſam ſeſe ſuiſmet opibus atterere: Tum peritiam omnium & ſcientiam conſeneſcere: Sin certaminibus perpetuo acuatur ſemper aliquid experientiæ accedere: Et in universum æſtimanti, civitatem negotiis aſſuetam, ſi in otium convertatur, quam proximam exitio fieri. Secundo,* hoc obſervandum, quod *R*omulus pacem hanc non conceſſerit, niſi Vejentibus agrorum parte mulctatis. Ita quippe diſtincte Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 2. Antiq. *Romulus illis hanc irrogavit mulctam, ut Romanis agrum Tyberi contiguum darent, qui ſeptem pagi vocantur: Et à ſalinis abſtinerent, quæ ſunt ad fluvium oſtia.* In quo pariter ſuſpicere convenit prudentiam *R*omuli. Quotieſcunque enim in poteſtate eſt, pacem ſupplicibus dare, fructus atque emolumentum ex tam benigna, & ſalutari victis largitione, percipi debent. *R*ecte Livius lib. 33. *Eſt eius qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis. Tertio,* hoc ſedulo expendendum, quod inducias illas in centum annos dederit *R*omulus. Quod ab eo non factum alio fine, quam, ut otii illa diuturnitate pellecti Vejentes attererentur, & aut exar- arentur à voluptatibus, quas ſuadere

ſolet longa pax, aut à diſſidiis domeſticis
quæ pacis tempore maxime exardeſcere
atque gliſcere ſolent. Norat præ aliis ma
ximus ille Epaminondas, cujus conſilium
utinam diligenter expendatur! Ita ver
de illo Cornelius Nepos: *Habuit obtrecta*
torem Meneclidem quendam, indidem The
bis, adverſarium in adminiſtranda Republi
ca, ſatis exercitatum in dicendo, ut Theba
num ſcil. namque illi genti plus ineſt virium
quam ingenii. Is quod in re militari floren
Epaminondam videbat, hortari ſolebat The
banos, ut pacem bello anteferrent, ne illiu
Imperatoris opera deſideraretur. Huic ille, fal
lis, inquit, verbo cives tuos, quod hos à bel
lo avocas. Otii enim nomine ſervitutem conci
lias. Nam paritur pax bello. Itaque qui e
diutina frui volunt, bello exercitati eſſe de
bent. Quare ſi principes Græciæ eſſe vultis
caſtris eſt vobis opus, non palæſtra. Quod au
guratur ſuis Thebanis Epaminondas, re
ipſa experti fuere Græci, de quibus ita Ju
ſtinus lib. 6. *Inter otia Græcorum ſordidum*
& obſcurum ante Macedonum nomen emerſi
Ut non ſine ratione quærat Tacit. lib. 15
Annal. capit. 6. *Cur deſerta per otium, qu*
bello defenderant? Eadem hæc cogitave
Lipſius, Puteanus, & Campanella, quan
do Hiſpaniarum regi, adducentes hoc ip
ſum Vejentium, quod præmanibus habe
mus, exemplum, perſuadere voluerunt
Batavis, reliquisque qui cum iis pro liber

cat

[tr]ate ſtant, ſive pacem, ſive inducias con[-]cedendas eſſe. Præ aliis vero Johannes Baptiſta de Taxis Regis Philippi II. Conſiliarius, & quondam duci Albano à ſecretis, in literis illis, quæ interceptæ fuerunt anno 1595. ſæpiusque juris publici factæ ſunt. Sed interim dulce videtur pacis nomen, eaque non minus victori, quam victo exoptanda eſt? Fateor multos hanc Helenam effaſcinare, ſpecioſoque hoc nomine circumveniri. Quatenus vero illa utrique; qua victori, qua victo expetenda ſit, docet præ aliis *Polybius lib. 4. ita loquens*: Equidem ita exiſtimo, fugiendum quidem eſſe bellum: Non tamen ita fugiendum, ut omnia, ne in id incidamus, ſuſtinere perpetique velimus. Quod enim vel æquabilitatem in Republica, vel fiduciam, vel libertatis jucundiſſimum nomen laudaremus, ſi nihil omnino eſſet paci anteponendum? Sed neque Thebanos laudamus, quod tempore Medici belli, ut à communi Græciæ periculo eſſent immunes, ea per formidinem elegere, de quibus poſtea periclitati ſunt. Neque Pindaro aſſentimur, qui in Poëmatibus ſuis cives hortatur, ut, cæteris omnibus poſt poſitis, pacem duntaxat, & tranquillitatem amplectantur: Ac pacem magnifice ſcrutatus, de finit eſſe quietis terminum & ſplendidam lucem. Verum cum ſe perſuaſibiliter dixiſſe putaret, paulo poſt re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

pertus eſt, omnium turpiſſimam ac nocentiſſimam protuliſſe ſententiam. Pax enim, ſi juſta & honeſta ſit, res eſt certe omnium rerum pulcherrima atque optima. Nihil tamen eſt aut faciendum injuſte, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus. *Hæc Polybius.* Qualem vero pacem amplecti aut optare illi debeant, qui ea carere poſſunt, præ aliis diſtincte tradit Guicciardinus lib. 15. Hiſt. Quando has illius vult eſſe conditiones: *Quum ſuſpicionibus liberat, quum periculum non auget, quum quieſcendi & ſumptuum minuendorum facultatem adfert, pax expetenda ſanctaque eſt: Sed quum omnia parit contraria, ſub inſidioſo pacis nomine bellum latet, & ſalutaris medicamenti ſpecie peſtilens venenum. Quarto.* Ut Vejentes hoc modo circumſcriptos in officio continere poſſet Romulus, ſecurusque eſſe turbarum, quas alias dare potuiſſent, obſides iis irrogavit. Ita quippe Halicarnaſſæus: *Neve quid novi molirentur, fidem darent, adductis quinquaginta obſidibus.* Atque hoc remedium receptum, ut caveatur iis, qui per pacem ad ſecuritatem ſe componere ſolent. In eum finem obſides à Friſiis Romanis dari, apud Tacit. lib. 11. Ann. cap. 19. à Cattis apud eundem lib. 12. Annal. cap. 28. à Parthis quoque, libr. 13. Annal. cap. 9. Nec aliter fieri oportet, ſuſpecto hoſte, dubiaque illius fide: graviſſimeque falluntur, qui cum Pœno, aut cum ejus

ſocio, à quo ſub imagine pacis alias decepti fuerunt, paciſcuntur, nulla pacis tranſactioniſve pignora ſtipulando. *Quinto.* Quum omnia faciles Vejentes facerent, haut mirandum, ſi Romani, quibus captivorum turba gravis erat, eam reſtituerint. Ita quippe Halicarnaſſæus l. d. *Captivos, qui ad ſuos reverti voluerunt, nullo pretio pro iis redimendis accepto, dimiſit. Illos vero qui in Urbe remanere maluerunt, quorum numerus longe major fuit quam aliorum, civitate donatos in curias diſtribuit, & ipſis agrum, qui erat cis Tiberim, ſortito diviſit.* Cate oppido: Hac quippe benevolentia Vejentibus in ipſis viſceribus excitati fuere hoſtes, Romanique nominis magnum conticatum fuit deſiderium. Ita alias captivorum relaxatione gratuita, parari ſolent amici, imo captivorum quoque, qui ſervituti mancipati erant, donatione. De Cajo Julio Cæſare Sueton. lib. 1. cap. 28. *Nec minore ſtudio reges atque Provincias per terrarum orbem alliciebat: Aliis, captivorum millia dono offerens, &c.*

CAPUT V.

Quæ, pro libertate quaſi afferenda, tempore harum induciarum tentarunt Vejentes, iis improſpere ſucceſſere, quod nihil contra Romanos tentare poſſent, niſi ſimul pernicio caput ſuum aſtringerent.

VEjentibus induciarum vinculis hoc modo conſtrictis, quid amplius, uſque ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

ad eorum excidium acciderit, deinceps deſpiciendum. Quoniam vero improvide tum bellum hoc primum inceperant, tum in inducias conſenſerant, facili mulctati fuerunt pœnitentia. Ut enim teſtis Halicarnaſſæus lib. 3. Sub Anco Marcio inducias ruperunt, incubueruntque recuperationi eorum, quæ ſub *Romulo* amiſerant; cęterum ad Allas victi, clade haut exigua perfidiam luerunt; cum anno ante, Fidenas occupare, teſte eodem, fruſtra laboraſſent. Haut mirum vero, hos in fide non perſtitiſſe, cum ſurgentem *Romanorum* fortunam per quotidiana incrementa in ſui perniciem vergere animadverterent. Quòd verò cum Phrygibus ſero ſapere inceperint, illorum exemplo omnes Reſp. moneri deberent, ne circa ſeſe, modo impedire liceat, vicinos plus a quo potentes patiantur. A tempore Anci Regis, quod & ſtolidi conſilii à majoribus initi & ſuę perfidiæ meritas pœnas dediſſent, diu quievere Vejentes, quaſi veterno correpti, dum interim Romani imperio juxta ſolitas actes dilatando intenti ſunt, atque tum ſuos tum Vejentium vicinos & ſocios ſecure ſubigunt, legibusque duriſſimis obſequium pręſtare compellunt. Dicit quidem Florus libr. 1. capit. 12. *Aſſidui vero, & anniverſarii hoſtes ab Etruria Vejentes.* Cęterum tales fuêre, quibus bellum, aut male ceſſit, aut maculam ignominię inuſſit. Etenim Coſſ. Aulo Manlio & Lucio Furio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

temeritatis, quæ ſuaſerat excurrendum eſſe in Romanorum agros, tantas dedere pœnas, ut Romano exercitui annuum pendere debuerint ſtipendium, veniaque à Senatu Romano impetrata, precarias inducias in proximos quadraginta annos à Senatu Populoque Romano implorare, ut teſtis eſt Halicarnaſſæus libr. 9. Certo documento, eos, qui fidei ſunt ſecuri, nec juramenti religionem reſpiciunt, à Deo negligi, maximaque clade mulctari ſolere. Eoque, potior ſit fides omnibus commodis, quæ ea violata ſperantur. Interim prudentiæ quoque conſulatur, ſiquidem Vejentes neſciverant, in rebus arduis media conſilia eſſe periculoſa, & potius cum periculo quid tentandum eſſe in tali caſu, quam talia amplectenda, quæ hoſtibus ſpiritus atque animum addere ſolent. Potuiſſent quieſcere, & ſocios Fidenates, ante neglectos, miſſos facere, aut ſaltem conſtantius illud agere, quod quam negligenter egere. Ut vero Vejentium culpa cum ratione, modo notata fuit, ſic diſſimulari non debet faſtus atque arrogantia gentis Fabię, quę ſibi ſoli contra Vejentes bellum expetiit. Ita quippe Florus loco dicto: *Aſſidui & anniverſarii hoſtes ab Etruria Vejentes; adeo ut extraordinariam manum adverſus eos promiſerit, privatumque gesſerit bellum una gens Fabiorum. Satis ſuperque idonea clades. Cæſi apud Cremeram trecenti, patricius exercitus. Et ſcelerato ſignata nomi-*

ne, quæ proficiſcentes in prælium porta dimiſit. Certo documento, in bello nihil magis obeſſe, quam nimiam fiduciam. Ut non ſine ratione *vanam fiduciam* vocet Tac. lib. 15. Annal. cap. 10. Quod ſecundum eundem in Agricola, ut plurimum *aliquod vulnus per nimiam fiduciam accipiatur.* Atque ſecundum Senecam lib: 4. de Beneficiis capit. 3. *Imprudentium fiducia ſit fortunam ſibi ſpondere.* Geminum ferme exemplum habet Cambdenus in ſua Britannia circa familiam Methal forum, quod, cum ſæpius ab aliis indicatum fuerit, referre ſuperſedeo. De eo conſuli quoq; poteſt. Petrus Juſtinianus lib. 2. Hiſtor. Venetæ.

CAPUT VI.

Finitis prioribus induciis, in quadraginta alios annos illas Vejentes pacti fuerunt.

EXcuſari hactenus potuiſſent Vejentes, niſi paſſi fuiſſent, quum exſoluti jam juramento & fædere viderentur, ad novas inducias à Manlio ſe compelli in quadraginta annos; quo caldo conſilio certe ſibimetipſis exitium ſtruxerunt. Quidquid deinceps enim egerunt, ad prioris fęderis regulam exactum fuit. Quanquam enim, ex Livii lib. 4. liquet, exemplo Romanorum forte, (qui rebus dubiis Dictatorem dicere ſolent) ad regium nomen confugerunt Tolumniumque regem creaverunt, rebus tamen ſuis haut magis conſuluere; ſiquidem, ut improvide ſuppetias Fidenatibus tulere, ita aciem contra Mamercum

Æmilium Dictatorem tam improvide diſpoſuere, ut non tantum cęſi fuerint, ſed amplius A. Cornelius Coſſius opima ſpolia regi eorum detraxerit. Actum vero hoc ipſo tempore de Vejentium nomine fuiſſet, niſi, ut Livius ibid. teſtis eſt, gravis peſtilentia per integrum triennium incubuiſſet Romanæ urbi: Cum qua dum luctatur, non ſolum funeribus exhauritur civitas, verum etiam Vejentibus occaſio data eſt, ſeſe colligendi, novasque conjurationes cum aliis Etruriæ populis contra Romanos ineundi. Duo vero notare hic convenit, *primo* quod lente nimis feſtinarint Vejentes, ac tum demum in Romanos exercitum eduxerint, quum jam inducię à peſtilentia conceſſæ eſſent. Eodem modo à Fabio Valente peccatum fuit, teſte Tacit. libr. 3. Hiſt. capit. 40. *Dum cunctatione inutili agendi tempora conſumit.* Alia mens Athenienſibus fuit, de quibus ita Pericles apud Thucydidem lib. 2. *Et hoc quoque præ cæteris eximium habemus, quod iidem & maxime audemus, & quæ aggredimur, conſideramus: In quo aliis imperitia quidem audaciam, conſideratio vero cunctationem adfert. Secundo*; expreſſe Livius notat, in hanc expeditionem nomen noluiſſe dare Faliſcos, ita quippe: *Nam Faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neque clade Romanorum, neque ſociorum precibus potuere.* Quod quam pernicioſum fuerit, expertę mox fuere Fidenę, captę ab A. Servi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

lio Dictatore, imo ipſi quoque Faliſci, ita quippe Livius: *Trepidatum in Etruria eſt poſt Fidenas captas, non Vejentibus ſolum exterritis metu ſimilis excidii, ſed etiam Faliſcis memoria initi primo cum iis belli.* Miſerunt tum quidem cum Vejentibus legatos per totam Etruriam, ut velut ad commune incendium reſtinguendum concurrerent; cæterum paucos in partes pertrahere potuerunt. Ita enim idem Livius: *Negata Vejentibus auxilia, juſſosque, ſuo conſilio bellum mitum, ſuis viribus exequi: Nec adverſarum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicaturi non ſint.* Quod reſponſum quanquam ſpecioſum valde viſum fuit, perdidit tamen hoc, non ſolum Vejentes, ſed omnes Etruriæ populos. Idem plane contigit Brittanis, de quibus ita *Tacit. in Agricola cap.* 12: Olim regibus parebant, nunc per principes factionibus & ſtudiis trahuntur. Nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non conſulunt. Rarus duabus tribuſve civitatibus ad propulſandum commune periculum conventus. Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur. *Hæc Tacitus.* Inſtituere vero per Etruriam Vejentes, coactisque conciliis variis, finitimis perſuadere voluerunt, conjunctis viribus obviam eundem eſſe Romanis. Ita quippe *Liv. dicto lib.* 4. Conſilia ad movenda bella in Volſcorum, Æquorumque Conciliis, & in Etruria ad fanum Vol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

tumniæ agitata Ibi prolatæ in annum res: Decretoque cautum, ne quod ante concilium fieret; nequicquam Vejente populo querente, eandem, qua Fidenæ deletæ ſint, imminere Vejis fortunã. *Hæc ibi Liv.* Quanquam ſero hoc tempore ſapere inſeperunt Vejentes, commodaque occaſio rei bene gerendę offerebatur, quod Romæ omnia turbatum plena eſſent; haut quaquam tamen ea potuerunt movere Volſcos & Æquos, qui tamen ſubſequenti anno ſoli rebellaverunt, ignominioſeque ab A. Poſtumio Tuberto Dictatore victi fuerunt; Vejentibus poſtea, iisdem debellatis, ſolis in agrum Romanum excurrentibus, atque ita Romanis perpetuo cum diviſis hoſtibus congredientibus, quibus conjunctis haut quaquam pares fuiſſent. Ex quibus perſpicere eſt quantum poſſit æmulatio. Æquil ſcil. & Volſci veriti, ne, ſuperiores ſe, evaderent Vejentes, maluerunt ſine illis deleri, quam cum iis Romanorum jugum excutere. Eodẽ per omnia modo, dum mutua æmulatione æſtuant Græciæ civitates, & conjunctis virbus obviam non eunt Philippo, Macedoniæ Regi, quem tamen ſimul oderant, per partes ab eo expugnantur. Idem inter privatos ipſos aliquando accidit. Tac. l.14. Ann. c.46. *Æmulis inter ſe per nobilitatem Voluſio atque Africano, Trebellium dum uterque dedignatur, ſupertulere.*

CAPUT VII.

Sed & illas inducias violarunt: atque, quam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

vis occaſionem attendentes, Romanos in anguſtias redegerint, ab iis tamen per Dictatorem Mamercum Æmilium, ut oportuit, caſi gati ſunt. Iterumque viginti annorum induciæ conceſſæ ſunt, ut ſcirent, quando ſibi pereundum eſſet.

CUm hac ratione Vejentes (ut enim dictũ eſt excurſionem fecerant in agrum Romanum) inducias iterum violaſſent, bellum iis motum à Romanis fuit. Quanquam autem neceſſum non erat illud indici: *Miſſi tamen feciales: Nec eorum, quum more patrum jurati repeterent res, audita ſunt verba*, ut Livius loquitur lib. 4. Cæterum quod Romę omnia iterum turbarum plena eſſent tribus Tribunis militaribus belli cura cõmiſſa fuit, & ut dicit Liv. *l. d.* Tres delectu habito profecti ſunt Vejos, documẽtoq; fuere, quam plurium imperium bello inutile eſſet agendo ad ſua quiſq; conſilia quum aliud alii videretur, aperuerunt ad occaſionem locum hoſti. Incertam namque aciem, ſignum aliis dari receptui, aliis cani jubentibus, invaſere opportune Vejentes: Caſtra propinqua turbatos, ac terga dantes accepere. *Hæc Livius.* Ex quibus ut conſtat, ipſo Livio teſte, quam verum fuerit, quod olim dictum eſt: *Multi imperatores perdidere Cariam:* Quod & probat Curt. lib. 4. *Diſcors*, inquit, *exercitus, nec ad unum intentus imperium, vario tumultu cuncta turbat*; ita hoc tempore ſe ſatis Vejentes uſi ſunt: In parteſque vocatis Fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

[F]enatibus, ipſi urbi exercitum admoverunt, caſtris poſitis ad portam Collinam. At, cum Romæ omnia turbata eſſent, externi tamen hoſtis metu compoſita fuerunt, Dictatorque dictus fuit Mamercus Æmilius. Ita ſcilicet Romanis accidere ſolet, quando domi manſerunt, turbis omnia miſcuerunt, quietè vero Remp. adminiſtrarunt, occupati dum eſſent contra externum hoſtem. Plutarch. in Camillo: *In obſidione urbis Faliſcorum, Camillo cives ſuos detinere viſum eſt, ne, domi per otium deſidentes, orationibus turbulentorum hominum ad ſeditionem concitarentur. Hoc enim remedio apte uſi ſemper ſunt Romani, imitatione medicorum, qui ea, quæ tumultibus in corpore movendis faciunt, foras avertunt.* Cæterum Dictator, nuncupatis ante Jovi Feretrio votis, poſitisque ad Fidenas caſtris, gravi prælio tum Vejentes, tum Fidenates fudit, *reddito in pace imperio, quod in bello trepidisque rebus acceperat.* Ut Livius loquitur lib. 4. Ex quo diſcere eſt, maximam illi Principi deberi laudem, qui Remp. quam turbatam accepit, pacatam atque compoſitam ſucceſſori ſuo tradit. Vejentibus vero induciæ iterum in viginti annos ſunt conceſſæ, qui cum pene exſpiraſſent, quod plurimum jam Romani per Etruriam poſſent, everſique plerique eſſent, qui conſilia cum iis conjungerent: Placuit funditus eos exſtirpare, miſſisque Fœcialibus, qui res repeterent, cum ſuperbum illis reſ-

ſponſum datum eſſet: *Patres ægre paſſi, decrevere, ut tribuni militum de bello indicendo Vejentibus, ad populum ferrent.* Ut idem Livius loquitur lib. 5. Munierunt quidem ſeſe in tempore Vejentes adverſus hanc procellam, *ac tædio annuæ ambitionis, quæ interdum diſcordiarum cauſa erat, regem creavere*, ut Livius ait ſub initium libr. 5. Cæterum parum provideri per hęc potuit, quod conſilia nimis quam ſera eſſent. Prudentiores ſemper extitere Romani, de quibus ita *Polybius l. 6. per Interpretem.* Quoties enim alicujus ab exteris periculi metus ingruens, concordare cives, ac ſibi invicem ferre opem coëgerit, ea eſt ac tanta hujus Reip. vis, ut neque in deliberationibus quicquam eorum omittatur, quæ facto ſunt opus, quum, ut quidque accidit, eo certatim cuncti ſuas cogitationes referunt: Et eorum, quæ ſunt decreta, nihil fiat tradius, quam oporteat, publice privatimque omnibus ad conſulta perficienda connitentibus. *Hæc Polybius.*

CAPUT VIII.

Quale fuerit, Vejorum excidium, quod ita fatali lege ſubierunt, ut ad illud per propriam imprudentiam ruerint.

ADvenerat ergo tempus, quo Veji expugnandi erant, urbique celeberrimę inducendum aratrum: Quomodo hoc vero acciderit, prolixe refert Livius libr. 5. per indicem autem *Florus libr. 1. cap. 12. ſic loquens*: Vejentium quanta res fuerit, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

icat decennis obſidio. Tunc primum hie-
matum ſub pellibus: Taxata ſtipendio ha-
berna: Adactus miles ſua ſponte jureju-
rando, niſi capta urbe remearet. Spolia de
parte Tolumnio rege ad Feretrium repor-
tata (*hoc diu ante, ut ex Livius ſupra obſer-
vatum fuit, acciderat.*) Denique non ſcalis,
nec irruptione, ſed cuniculo & ſubterra-
neis dolis, peractum urbis excidium. Ea
denique viſa eſt prædæ magnitudo, cujus
decimæ Apollini Pythio mitterentur: Uni-
verſusque populus Romanus ad direptio-
nem Urbis vocaretur. Hoc tunc Vejentes
fuere: Nunc fuiſſe quis meminit? Quæ re-
liquiæ? Quodve veſtigium? Laborat anna-
lium fides, ut Vejos fuiſſe credamus. *Hæc
Florus.* Accidit hoc anno ab V.C. 357. at-
que cum Vejorum quoque veſtigia deleta
fuerint, non inconveniens eſt illud Pro-
pertii lib. 4. Eleg. 11.

Et Veji veteres, & vos tum præda fuiſtis,
Et veſtro poſita & aurea bella foro.
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cãtat, & in veſtris oſſibus arva metunt.

Omiſſis vero aliis, quæ hinc obſervari poſ-
ſent: Repetimus, duo maxime ad Vejen-
tium conſpiraſſe exitium. *Primo*, diſſidi-
um Hethruſcorum, per quod in commune
nunquam conſuli potuit. Lubet iterum
mentionem facere Græcorum, de quibus
hic *Oroſius libr. 3. Hiſt. c.* 12. Græciæ civi-
tates, dum imperare ſingulæ cupiunt, im-
perium omnes perdiderunt: Et, dum in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

mutuum exitium ſine modo ruunt, omnibus perire, quod ſingulæ amitterent, oppreſſæ demum ſervienteſque ſenſerunt: Quarum dum inſanas concurſationes Philippus veluti de ſpecula obſervaret, auxiliumque ſemper inferioribus ſuggerendo, contentiones, bellorum fomites; callidus belli artiſex foveret, victos ſibi pariter victoresq; ſubjecit. *Hæc ille. Secundo*, non poteſt non iterum repeti, quantum iis nocuerint ex arbitrio Romanorum conceſſæ induciæ. De quibus quanquã multa hic notari poſſent: Unum tamen illud ex gravi Scriptore, *Guicciardino ſcil. l. 8. Hiſt. obſervamus:* Ut ſępe in corporibus accidit, quæ pravis humoribus replentur, ut medicamentum uni parti ſanandę accomodatum, pernicioſores, majoriſque periculi morbos afferat: Sic induciæ inter Romanorum regem, & Venetos factæ, Italis pro ea quiete tranquillitateque, quam multi ſequuturam ſperaverant, innumeras calamitates, & bella ſuperioribus longe atrociora, & cruenta magis pepererunt. *Hæc Guicciardinus.* Interim non debuiſſent, inducias, multo minus, juramentum violare, quo nomine, eos meritas dediſſe pœnas putandum eſt. Unde apud Romanos, teſte Liv. l. 9. *Juxta divinas religiones fides humana colitur.* Nam ut Sen. ait Ep. 89. *Fides nulla neceſſitate ad fallendũ impellitur, nullo corrũpitur præmio.* Et Cic. pro Roſ. *Perfidioſum & nefariũ eſt, fidem frãgere, quæ continet vitam.* Et hęc quidẽ hactenus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 47